



Hecastus Macropedii : fabula non minus pia quàm jucunda ...

<https://hdl.handle.net/1874/342144>

7
HECA

STVS MACROPEDII,

FABVLA NON MINVS PIA

quàm iuanda, in qua facinorosus quisq; mortalium
(dummodo salutis suæ rationem habebit) tan-
quam in speculo quodam contemplari po-
terit, quemadmodum per Christum
post ueram suorum criminum
pœnitudinem ad beatam
adeoq; letam mortem
perueniat.



TEM

PVS

EXCVDEBAT ANTVERPIÆ

Michael Hillenius, in Rapo. Anno.

M. D. XXXIX.

MODESTISSIMO

IVXTA AC DOCTISSIMO VIRO

D. Godofrido Montano Endhouiensi De-
cano dignissimo, Georgius Macro-
pedius S. D.



V ANDO QUIDEM
tibi uir ornatissime iam dudum
nostra placere ludicra, D. &
fratre nostro Arnolde commu-
ni amico referente, cognoui, etiã
tibi serium quiddam luibratio-
num nostrarũ dicare statui. Ad
quod me pariter non modo pro-

borum parentum tuorum amica familiaritas, & in nostros
collata beneficia, uerum etiam tua fratrumq; tuorum (con-
sub nostris in re literaria militaretis castris) proba indoles
& honesta conuersatio plurimũ extimulauit. Accipe igitur
hanc Hecastum fabulam nostrã pietate honestã, anni præce-
dentis æstate nõ sine magno spectantium plausu à nostris ty-
runculis actã, & iam tandẽ hortantibus amicis editã. Et si
quidem eam probaueris (id quod futurum spero) candi-
dis communica, & à Zoilorum detibus (modo à tra conten-
tionem fieri possit) subinde uindica. Sin autem ὡς τὸ μ ἐπε-
φικῆν ἠὲ ὅπου Improbaueris, aut tuo nomine indignam iu-
dicaueris, sic temeritatis me argue, ut nihilo minus amicitiam
erga te animum tametsi in uili munusculo modestus agnos-
cas. Vale uir grauisissime, & me tui amantissimum
iudica. Ex Traiecto pridie Calendas Aprilis
Anno à Christo nato.

PERSONAE DRAMATIS, SEU
fabulae interlocutores.

- Heastus, maritus. Dæmones cum duobus amicis.
- Epiaria, uxor. Syngenes cum duobus cognatis.
- Philocrathes, filius. Mors, larua teterrima.
- Philomathes, filius. Sathan, diabolus.
- Philoponus, seruus. Acolytus, persona muta.
- Panocnus, seruus. Hieronymus, pastor.
- Oeconomus, libertus. Virtus, persona foeminea.
- Dætrius, coquus. Fides, persona foeminea.
- Analle duæ, Plutus, latens & loquens ex arca.
- Nomodidasalus, legat⁹. Chorus ex tribus pueris & tri-
- Puer legati. bus puellis familie Heasti.

Ad candidum lectorem.

NE mireris lector Actorum frequentiam. quod ma-
gis auditorum scholæ nostræ utilitati, quàm comi-
co artificio studuimus. Ut quod alioqui pauçori-
bus, data opera pluribus conducat.

ARGVMENTVM.



Onuiuium sibi atq; amialis suis
 Opiparum Heastus apparans, pleuritide
 Percellit, subitoq; post grauissima
 Scælera atatur ad supremum Iudicium.
 Cumq; anxius neq; amiaulos, neq; proximos,
 Neq; liberos fidos sibi comites uie
 Offenderet, despondet animum. Ad ultimum
 Virtute fultus & Fide, post sacrificia
 Monita salutis, postq; pœnitentiam,
 Vitaq; restitutus est & gratiæ.
 Dein morie sancta spiritali gaudio
 Se affect, & suos, probosq; reddidit.

PROLO

G V S.



VOTQVOT theatro no
stro adestis, tum uiri,
Tum fœminæ, nouam sacrâq;
fabulam
Vobis hilariter offero. cui nihil
Inest pudendi sceleris, aut lasa
uiæ, At

Quemadmodum Vnusquilibet uel Heceastus hic
(Qui candide uobis modo exhibebitur)
Post gloriam, luxum, & uoluptates suas
Subito subinde ab omnibus desertus, ad
Mortem feratur horridam, uidebitis.
Videbitis gestus pudicos undiq;
Actusq; grauiiter exhiberi comicos.
Non hic amator uirginum, non leno, non
Scortum impudicum, uel quod offendat pios
Oculos, modo spectator adsit candidus.
State igitur absq; turba, & absq; turbidis
Clamoribus, nostrumq; Heceastum ab initio ad
Mortem uidete progredi, talemq; se
Tandem futurum quisq; uestrum cogitet.
Valete. Heceastum, cuius hinc libertum agam &
Oeconomon, huc prodire mox uidebitis.

ACTVS

ACTVS PRIMVS.

SCENA PRIMA.

Heastus solus. Iambi trimetri.



Emo omnium mortalium scelicior
Me uiuit usquam gentium. quod nesciam
Si quidlibet meam ad beatitudinem
Queat addier. Formosa coniunx, filij

Acres, uenustæ filix, ampla familia est.
Varia supellex ornat æ deis splendidas,
Thesaurus auro argento & electro tumet,
Arcæq; perticæq; ueste plurima
Ex purpura uel cocino aut holoserico
Conferta sunt, læti greges in pasuis
Vberimis, agri feraces, commodi
Reditus, sed & possessiones plurimæ,
Et quicquid ad sceliatatem conferat,
Iuueni ualenti ac sospiti simul affluit.
Age igitur anima fructe rebus proprijs,
Ede, bibe, epulare cum bonis sodalibus
Et amicalis. Nec terreant te, qui tibi
Diem futuri examinis prænunciant,
Qui fauibus crepantibus tibi prædicant,
Quod exigenda ratio sit de singulis,
Quæ possides uel prodigis, quemadmodum
Expenderis. Nugas agunt qui hæc blactiunt
Nam quilibet (ut humana ratio iudicat)
Rerum suarum dominus, haud œconomus est.
Nuncigitur huc me a euocata uxorcula
De uestera coena, deinde uesteri
De crastina uoluptate apparanda iussero.

A ; Hinc

Hinc Dæmonem amicum adiero, & hunc diem
Iocis, fritillo, ac poculis sepeliero.
Prodi uxor ædibus, quod aliqua serio
Priusquam amicum ad eam tibi mandanda sint.

Actus primi, Scena secunda,

Epiaria, Hecastus, Panocrus.

Trimetri ut superiores.

MI uir quid euocas me ad æstum & aëra?
Quin intus ea quæ erant iubenda dixeras?
Hex. Ut delicata, ut tenera facta es mea rosa.

Quin palla uel calyptra operuit has genas?
Ep. Etiam ne rides? He. ego ne? Ep. Tu nã. iam iocis
Et ineptijs missis anime dic seria.

He. Cura apparari uesperum conuiuium
Et delicatum & splendidum. sine frigida, sine
Elixa, sine assata, sine liquata, sine

Quæcumq; sint in copia. Nam uesperis
Nobis uiri primarij cum uxoribus
Latissimè exapiendi, honestè ac blanditer
Tractandi erunt. Epi. Conuiuium mi uir recens?

Conuiuia Heaste denuo? calent adhuc
Veruã, calent foia, calentq; chytropodes,
Et denuo mi Heaste conuiuia, & recens

Conuiuium? He. Si quid calet iam feruat.
Parentur omnia denuo. Ep. hesterno die
Quæ cocta, nondum absumpta sunt. suffecerint

Quatuor uiris, totidemq; eorum uxoribus,
Ut puto. He. putas? abi, coquantur omnia
Recantia. Ep. Licet, qui putas esuri erunt?

He. Cognati, amici, contribules. Cæterum

Vxor, tua nil interest præfare, quos
Adduxero. Cura apparentur quæ gule &
Ventri satis faciunt. Ep. Licet, tribus ne adhuc
Si coxero satis arbitraris? He. Ut hoc genus
Mulier aularum illiberale est & tenax.
Nouem decemue adduxero, ut te Iuppiter
Mala sasatatrix perduat. Ep. ne irascere, at
Memineris ut nobis sacerdotes crebro
In conaone publica denuntiant,
Quod de omnibusq; & singulis, quæ prodigi hic
Absumimus, largimur, aut expendimus,
Coram supremo iudice in nouissimo
Die exigenda est ratio. He. Te iam saliet
Terret dies nouissimus. quos tu mihi
Narras dies nouissimos? nugantur ij
Qui isthæc ferunt. Quo ex arculis nostris sibi es
Emulgeant, hi nos subinde territant.
An non licet mihi meo pro arbitrio
Quæ propria sunt expendere, aut partis fruã
In parriadas, in latrones, in canes
Verpos, in ethnicos, & id genus impios
Discessio hæc deseuiet. baptismanos,
Christusq; nos seruabit. aut si quid sit in
Nobis mali, post lachrymis piabimus.
Neq; nos sumus uirtutis omnino uacui.
Quod namq; abundat erogamus interim
Pauperibus, orphanis, peregrinis. Sacras
Aedes sacris diebus inuisimus, deo
Præcæm dominicam fundimus, fidem quoq;
Nulla impiorum dogmatum aspergine
Fædam, tenemus integram. Vade stolidam

Et coquito quæ coquenda sunt, nouissimus
 Quidem dies nunc longe abest, uenturus est
 Post multa tandem secula. age fruamur his
 Presentibus, dum ætas fauet, tempus iuuat,
 Fataq; sinunt. Imca rosa, isthæc expedi.
 Ego Dæmonem accedo amicum proximum,
 Cum quo iocis, factijs, & lusibus
 Tempus teram usq; ad uesperam. Ep. Vade igitur, &
 (Quia imperare non queo tibi, nec uolo)
 Regredere quæso tēpori. He. Heus, Ep. qd nūc? He. Volo,
 Si quispiam me queritet, ne facile me
 Prodatis, aut sinatis euocarier.
 Quod hunc diem genio dicaui liberum,
 Sequere Panocne. Pa. Hem. Heæ. Tu familie præape.
 Ep. Curabitur. Vir hic admodum fit prodigus.
 Qui ne quidem blandis logis nec asperis
 Compesatur. Nisi aliquid ego largissimis
 Illius usq; impendijs detrahero,
 Cito res domestica tota dilabetur. heus
 Heus Dætre ades. deæm uiris uel scæminis
 Coqui uolebat, alteram partem cæte
 His sumptibus subtraxero. scæulis nouis
 Vetera recocta (modo integra) inferenda sunt.
 Heus Dætre. —

ACTVS I. SCENA. III.

Trimetri.

Dætrus, Epicuria.

Dætrus hic. quid hera factum uoles?
 Ep. Cape sportulam atq; hos aureos solidos duos
 Ex omnibus quæ per maællum uencunt,

Quantum

Quantum satis decem uiris, eme optima.
 Dæ. Papæ. decem iam denuo: Ep. denuo decem.
 Dæ. Si addas adhuc solidos duos, uix emero.
 Ep. Abi frutex, non emeris: Dæ. non emero,
 Ut ueneunt iam opsonia. At si me audias,
 Probe admodum tibi consulam. Quæ adhuc super
 Sunt reliquæ ueteres, nouis ut recalcant
 Interferantur callide. preatur huic
 Dimidio emendi impendio. Ep. Recte mones,
 Si industrie fieri queat. Dæ. tam industrie,
 Ut nec ipsa sentias quæ feceris.
 Sine me meo periculo hanc audere fabam.
 Ep. Sino. uide ne in aliquo honori deroges,
 Mercare quod putas fore necessarium.
 Ego interim acrobato cum famulatio
 Quod ad uoluptatem atque splendorem attinget.
 Dæ. Vadam. Tenaçitas me hercle mulieri
 Sordesque naturam insita, haud ullo queunt
 Respectu honoris uellier. Satius mihi
 Fuit igitur obsequi, atque idem suggerere quod
 Certe uidebam uelle eam sibi suggeri,
 Quod hinc mihi conalio pacem et gratiam.
 Prospicio Dæmonis fores aperiri,
 Proripio me, ne forte herus me hic opprimat.

ACTVS. I. SC. III.

Tetrametri.

Heastus. Dæmones. Panocnus.

Hoc est quod intus dixeram tibi Dæmões. sistamus hic
 Cum poalis fritillu. ut alea et orbibus lusorijs
 Moue amussuliro tædia. Dæ. Hæ. sistamus. at quis legibus

A 5 Certabis

Certabim⁹? H. Victo hauriēd⁹ cyathus est. D. imo magis
 Victo hauriendus cantharus. cyathusq; uictori cadat.
 He. Adhuc placet. nō admodū terret capax me cantharus.
 Puer ades, & his infunde uina poculis, dein domum
 Te proripe, atq; satage, ne quid imparatum offendero.
 Caue deinde, si petat me quispiam, ne me indias.
 Pa. Non indicabo, sed tibi quis usq; cyathissabit, &
 In cæteris minister erit? He. Iners inertis non eget.
 Abi piger, manū laboribus applica, nos nostra enim
 Curabimus, nobisq; cyathissabim⁹. redi. Pa. Hē. H. Mane.
 Primum omnium dic coniugi nos ad futuros uesperī.
 Pa. Dicā. He. Philopono dic. paret uino hauriendo doliū
 Dulcissimū. P. Licet. He. inde toti familiæ, ut sese excolāt,
 Chorū instruāt, lætiq; nos cum carmine exapiāt, qđ hunc
 Diem atq; noctem subsequā genio dicere statuimus.
 Pa. Facesso. num quid aliud est qđ exequēdū præcipis?
 He. Nihil. Pa. ualete sospites. He. Iā nostra agamus ludicra.
 D. e. Agamus. en bis unio. He. bis senio. D. e. en bis binio
 He. Bis quinio. D. e. en bis ternio. He. bis quaternio. D. e.
 bis quaternio.
 Victoria hæc mihi æsserit. He. bis ternio. D. e. en bis gnio
 He. Bis binio. descensus usq; noster est. D. e. bis senio.
 Ascensus hic spondet mihi uictoriā. He. bis unio.
 Profecto prodigosus hic iactus fuit. D. e. fuit quidem.
 Sed iam uicissitudinem hanc muta uero. te uerbero.
 En ternio & quaternio. He. me uerberas, & uentulus
 Me uerberare uisus est, sub dextero hoc hypochondrio.
 D. e. Quid somnias? H. Nō sōnio, sed intro eamus obsecro.
 D. e. Eamus. ast uterq; prius exhauriat sibi poculum.
 He. Præbibe, sequar. D. e. bibi, sequere, nam paulo hoc
 plage tuæ

6
Medebere. He. id quod faxit Aesalapius. Dæ. faxit. bibe
He. Bibi. sed haud dum sentio. ædamus intro Dæmones,
Extraq; uetū hęc cœpta terminemus alacrius. Dæ. Placet
Nam corpori ægro aqualo intulit persepe multa pericula.

CHORVS. Iambici dimetri.

Ex capite secundo Sapientiæ Salomonis.

Nibil sodales tandem erit
Caro nostra q̄ extinctus anis,
Et mollis instar æris
Sese resoluēt spiritus.

Vt nubili uestigium
Hęc uita nostra transiet
Vt nebula dissoluenda, quæ
Radijs liquet solaribus.

Perinde ut umbræ transitus
Vitæ suauis tempus est,
Operisq; nostri ac nominis
Cum tempore erit obliuium.

Igitur sodales commodis
Fruamur his præsentibus,
Veluti iuuenta celeriter,
Imbuti laccho & balsamo.

Non temporis flos transeat,
Vernis coronemur caput
Per omne pratum & compitum
Rosis prius q̄ maræant.

Nullus sit exors gaudij,
Lætitie ubiq; symbola
Linquamus, hęc quod una sit
Pars atq; sors mortalibus,

Actus

ACTVS SECVNDVS.

Scena prima. Trimetri.

Oeconomus solus.

GRandi malo serui putant se obnoxios,
 Cum imperia sedulo exequuntur herilia.
 Id quod mihi quoq; tunc persuaseram fore.
 Cum seruitutis colla subderem iugo.
 Verum secus modo iudico. Nam tum (licet
 Operans & obsequens) eram multo omnium
 Liberrimus. curam omnem in alios transferens.
 Libertus ubi iam factus sum, cura undiq;
 Rerum omnium domesticarum me opprimit.
 Si quid uel intus uel foris uernaali
 Neglexerint, mihi imputatur, quasi geram
 Curam uniuersam. Accedit his, quod nec mihi
 Obœdiunt, nec grauiter suis student
 Negocijs. Nam aut garrunt, aut lusitant,
 Aut in foro omnibus obstrepunt, sua negligent.
 Videbo quid Dætrum moretur, quo minus
 Ferat coquenda, coquatq; edenda uesperis.
 Vos fulcra, mensas, gausape, & mantilia,
 Orbes, quadras, uasaq; parate, ut iusseram.
 Audisti n' hæc? parate cuncta ut iusseram.
 Non audient me suspicor, sed ut abiero,
 Ad fabulandum aut feriandum confluent.
 Recta tamen uadam in macellum, ut
 Quid hæcenus Dætrum moratum est. Si quidem
 Occurrerit, uia laborem ademerit.

Actus

ACTVS. II. SCENA. II.

Tetrametri.

Panoenus. Philoponus. Oeconomus cum Dætro.

Quantūlibet festinet hera, quālibet Apeleuther,
Res neutiq̄ proæsserit, nisi Dætr' adsit q̄ coquat
Quæ edenda sunt. quid discus absq; edulio?

Ph. Ἐὖν ἰοκρεῖός.

Pano. Tantisper ergo moremur hic dum redeat is qui
amissus est.

Dumquæ ille abest cū labor & omnis opera inutilis est.

Phi. placet.

Mirāda sunt profecto quæ de nostro hero memoras mihi.

Nam quæ is hactenus fuit rerum omnium profusior,

Et ad uoluptatem gulæ atq; Veneris indulgentior,

Nunquam tamen tam futilem festiuitatem prodidit.

Timeo hercle ne res tam insolita siet uiro malo omni.

Pa. Merito quidē, nā sæpe post Phœbi micātis caumata,

Sequi solent tonitrua, extremumq; risus luctus est.

Memini quibus mors imminebat ocys, quod gaudio

Intemperato se nimis resoluerent. Phi. Id ominis

Dij boni auertant. Ut ut se habebit hoc negoium,

Videbitur. Nos interim curemus ea quæ iusserat

Per singula exacte exequi, si non uelimus ulmei

Rebus quibuslibet imparatis reddier. Mensam ampliter

Primum instruamus, lectulos sternamus, atq; poala

Munde eluamus, inde frondibus atrium uirentibus

Herbis quoq; redolentibus adornemus, atq; (ut iusserat)

Chorum ex ephebis & puellis ordinemus consonum,

Ne sit quod oculos introgressi offendat, aut bilem exatet.

Pa. Mones pbe. At iā tādē adest Dætrus grauis cupedijs.

Qui

Qui utriq; nostrū aliā laboris sordidi ansam porriget.
Comitatur Oeconomus, cui cura est rei domesticæ. is
Iurgabitur s̄ao, & arguet nos ocij aut socordia.
Phi. Syndule non te pigeat operis aut laboris sordidi.
Nam se omnibus seruus fidelis applicat laboribus.
Porro huius ego p̄iurgo respondeā. Oc. Quid hic foris
Nugamini? Nihil est in ædibus quod exigatis? Phi. Est,
Sed hactenus Datrūmorati ipsum sequemur p̄ æuium,
Dæ. Segminor impigri, est enī qđ utriq; cōmittā. Ph. licet.
Te sequimur. P. a. An ne dixeram? Phi. P̄ædixerat. Sed
obsecro.

Quē primāpem uirum eminus uidemus huc grauissimis
Properare gressibus? Moremur. haud enim mediocris est
Vir dignitatis quisquis est. id quod suis tū uestibus
Tum gestibus, tum maxime qua p̄æditus heroica
Maturitate in moribus plane indicat, p̄æ se ferens
Ingens decus, & autoritatē regiam. P. an. Videtur hic
Legatus esse Cæsaris Regis ue magni nominis,
Quod hæc seueritas & hæc maturitas nulli fiet
Nostratū. Cedamus intro, nam pudet tantum uirum
Exāpere. nam nos appetit. Phi. Siste, pudor absit rusticus.
Quid digne her o respondeas, fugisse si resauerit?
Nō nos quidē hic momorderit, si qđ loquēdū ego eloquar.

ACTVS. II. SC. III. Tetrametri.

Nomodidasalus. Philoponus. Panocnus.

IAm dudū in his mundi infimis cōuallibus p̄ædiuitem
Homūionē habitare multi p̄ædicāt, quē rex deūm
Homīnumq; maximus iubet atarier, quem singuli &
Hunc primulum
Henecastum & Vnumquemlibet compellitant.

Legde

Legatione functus opto conuenire serio.

Phi. Herum petit. P an. Vcrum. No. heus boni iuuenes mihi
hi aedes diuites

Quas Hiscastus habitat ultro ostēdit. Phi. his in aedibus
Habet Hiscastus ipse herus noster. dñe uenerande, quem
Oēs Heastū nūcupant. No. idem est. uocetur huc foras.

Ph. Dudū exijt mi heros domo, necdū reuersus est. heram
Si possis, ipsa adest. N. uocetur hęc. Ph. P anocne herā euo
Pa. Vocauero. No. Quo abiit her? Ph. ad aniculū (ca.
animi gratia,

Vt poculis uel lusibus iocis ue tempus exigat.

No. Tempus terendum lusibus? tempus terendum poculis?

Quo nihil habet preāosius? quo nihil habet iuandius?

Quo debuit uitam priorem lachrymis fœdissimam

Piare? & ad uitæ futuræ gaudia aspirare? cum

Nil morte sit ei certius, nil mortis hora incertius.

At quid moratur uxor? aut quin huc uocata proruit?

An despiat summi mādata regis hęc quæ perfero?

Ph. Iamdudū in amplos apparatus uesperī cœnæ arbitror

Distruta, subito non quit explicare se uel comere.

No. O diræ & execrandæ opes mortaliū, ad quid nō solēt

Mentes suorum cogere? Ph. Eccā herā sua cum anallula.

Herus uale, nā est quod agam in aedibus. No. Adolescēntule uale.

ACTVS. II. SCENA. IIII.

Trimetri.

Epiaria. Nomodidascalus. Puella.

PApæ quis hic? Salue ur inclyte. No. saluas sis
Muliercula. Ep. Mēne quæris, an uirum meum?
No. Primum omnium tuū maritum, deinde te

Quoq;

Quoq; admonendum censui. Sed ille ubi est?
 Ep. Ecce istuc nescio. solus abiit.
 No. Videto quid respondeas. Os namq; quod
 Mentitur occidit animam. Ep. Ego ne mentiar?
 Ne quaeso suspiciatur id dominus meus.
 No. Videlicet, serui tui nouere, quod
 Tu nescias. Mitte igitur ocyus qui eum
 Adducat. est enim mihi res seria,
 Iussum quoq; necessarium regis mei
 Ter maximi, quae & indicare me quidem
 Quamprimum oportet, ast eum mox exequi,
 Modo rationem suae salutis habuerit.
 Ep. Me miseram, ut hoc sermone me quoque territas.
 No. Hic terror est maioris initium, nisi
 Nos audiat. Vox uirum. Ep. Timeo admodum,
 Ne non uelit uocari. No. Nolit, uelit,
 Ducatur huc. Ep. Puella uade, & euoca
 Nostra ex familia quempiam. P. Euocauero.
 Ep. Quem mittam in aedem Daemonis, si fors queat
 Post pocula inde eduat. Pu. uocauero,
 Aliud ne diu praecipis? Ep. Nihil aliud.
 At cum uocato regredere, ut dicam tibi
 (Si forte causa postulet) qui uesperis
 Sint ordinanda ferula in conuiuio.
 Pu. Faesso. Ep. abi. No. quid tanta modo pro uespere
 Est cura tibi conuiuio, cum nescias
 Num habitura sis tuo cum marito uesperem?
 Ep. Quid audio? Iuuenes sumus, sani sumus,
 Lustrumq; nondum septimum transegimus,
 Qui mors subita nos opprimat? quaeso melius
 Mihi ominare, ne quibus terroribus

A poculis & feralis nos distrahas.
 No. Si mihi uacaret his tibi de singulis
 Muliercla respondere, non quàm stultas sis
 Modo, sed & quàm insanias attenderes.
 Sed nunc adest puer uocatus, præcipe
 Ei, marito quod uelis referrier.
 Tantisper hic manebo dum peregeris.

ACTVS. 2. SCENA. 5.

Tetrametri.

Panocnus. Epicaria. Puella.

Prodire me foras iubebas heras? quid exiguoles?
 Ep. Reuerte i a deis Dæmonis q̄ potueris ælerrime,
 Et reuoca herū. P a. Nō audeā tētare q̄ iubes: nā herus
 Interminatus est mihi iam serio, ne se hoc die
 Aut euocare aut proderem. Ep. Noui, sed imminet modo
 Necessitas ultima, uelit, nolit, statim acerendus est.
 Dices iurum primarium ter maximiq; Cæsaris
 Legatum adesse in ædibus, qui iussa perfert seria,
 Sine remora denuncianda, & inquires, quod mortis &
 Salutis ultimæ discrimina imminet, si negligat.
 P an. Legatum adesse dixero, cuius necesse est iussibus
 Mox serio respondeat. Ep. sic dixeris. P an. sic dixerero.
 Ep. Alij uide ne dixeris. P a. Nō dixerero. Ep. uade Interim
 Puella sterne mensam in edito domus triclinio,
 Ut hospitē exapiamus hūc cū honoresummo et gaudio.
 Pu. Operā dabo, quo splendide sint apparatus quælibet.
 Ep. Nixant parietes bysinis, hyacinthinis, holosericisq;
 Tapetib9. Pu. Faxolibēs. Ep. Fac mensa & auro splēdeat
 Radianx, gematisq; poculis. Pu. licet. Ep. loca singula
 Styraæ, thure, & galbano suffita sint. Pu. suffita crunt.

B Ep. At

Ep. At celeriter. Pu. celerime. Ep. Iã comierq; & callide
Mihiloquendũ cũ uiro hoc, donec maritus exeat.
Si forte uenari queam, uiro meo quid nunciat.
Ipsusq; adit me denuo. —

Actus secundi. Scena sexta.

Tetrametri.

Nomodidasalus. Epiaria. Puer.

M — Vlier quid est quod inutili
Iubes labore distrahi totã familiã in ædibus,
Ut putridã carnẽ oppleas, enutriasq; uermibus?
Si habeas quibus uitã tuã serues, & hoc corpus aulicum
Moderate operias, aliud his regionibus nil postules.
Nã is cuius hac legatione fungimur ditissimus est,
Qui in propria mensa suis parauit immortalia
Sua seraula atq; pocula, utpote omnibus sese hac breui
Vita pie colentibus & amantibus. Quid deniq; in
His lachrymarũ uallibus congeritis æ, uestes, opes,
Captatis ampliter uoluptates, honores, commoda,
Cras morte certo certius morituri, & omnia hæc uelut
Nihilũ relicturi? Ep. Id quidẽ cognosãmus uir optime,
Sed (obsecro) quid adeo mortẽ interminaris iuuenibus
Sano atq; uegeto corpore? An nõ plurimis annis adhuc
Vitã poterimus prorogare, & ultro coelis perfrui?
No. O si scãas q̃ hæc stulta sit præsumptio, modo trepida
Resipisceres, hunc fastum et hunc luxũ ut lutũ contēneres,
Iramq; stendo iudicis cœlestis anteuorteres.
Ep. Qui stultã nõ ppitius est deº optimº qui & in ultima
Hora diei in uineam properantibus post oãum
Magnum dabit parui laboris præmiũ? No. Si uera sit,
Nunq̃ profecto est sera pœnitentia. At tu qui scãas

Homo

Homo bulla inanis & leuis, qđ horā ad undecimā queat
 Perduci: Nam qui spopondit pœniti gratiam,
 Is negligēti nō spopōdit crastinū. Quin etsi ad id
 Aetatis ultimæ senex pœuē aeris, qui nunc scias
 Quod te in suā paterfamilias uineam missurus est?
 Quandoquidem donum dei perfectā pœnitentiā, haud
 Res propriæ uirtutis est: Tuq; interim spreta dei
 Patientia longa, secundum cor tuum non pœnitens
 Tibi in supremum examē iram congeris. Ep. Tu territas
 Me neutiq; mediocriter diræ necis uocabulo.
 Verum tamen difficile mihi persuadeas, hæc omnia
 Quæ possidemus amplius, fore deserenda, adeo temere,
 Et stulte, & inconsulte, ut illis non fruamur libere,
 Quæ uel sua clementia Fortuna, uel Dij boni
 Nobis suo fauore contulere abūdantissime. At
 Iam sermo suspendendus est, tandem maritus aduenit.
 No. Ut uideo non resipueris, donec tibi Lethum sua
 Vitam sagitta transigat. Vade igitur & fac quod tibi
 Censueris esse commodum. Ep. Vadā et uidebo quid mei
 Conuiuio & triclinio apparauerint. te quoq; uelim
 Marito adesse uesperis. No. Is mihi modo cōueniendus est.
 Profer puer diploma, diuinæq; legis codices.
 Pu. Hem tibi dñe diploma, diuinæq; legis codices.

Actus secundi. Scena septima.

Tetrametri.

Heastus. Panœnus. Nomodidasalus.

Q Vem sese homo dicebat esse, qui iubebat me sibi
 Assistere: Pa. Insignē uirū magniq; regis nūcū.
 He. Se nobilem, se diuitem, se purpuratum aut
 Splendidum

Auro exhibebat nūciū: Pa. Non admodū. uerūmien
Ea est uiro in sermone, uultu, moribusq; autoritas,
Maturitas, probitasq; ut (absit uerbulo indignatio)
Terusticiū, te barbarū censerē, & hominem sordidum.
He. Nugare. Si. Pānosus est, si pauper, & si ignobilis,
Non regius legatus est, neq; huc bonis aibus uenit.
Vbi reliquisti uirū: Pa. Cū uxore nostris pro ædibus.
En tibi hoīem. uide & experire, ipsus q̄s est, uel quāt⁹ est.
He. Pol tam grauē non credidi. relucet ex faciē uiri
Reuerenda morū dignitas, & honore digna sanctitas.
Pa. Hæc dixeris, cū hoīem loquētē audiueris. He. salus tibi
Sit, quisquis es uenerande uir. men' quæritas? No. tibi
quoq; salus

Vitaq; sancto mors bona, et uitæ futuræ gloria.
Tun' ipsus es q̄ uulgo Heast⁹ diceris? H. Heast⁹ sum ego.
No. Rex regum & Imperator oīm per orbē maximus
Me misit ad te nūciū, iussitq; te absq; mora suis
Assistere tribunalibus, deq; omnibus, quibus usus es
Vel abusus, & quæ sub polo per phas nephasq; possides,
Sibi rationē reddere. Et ne existimes rē frigidam,
Et hanc meā legationē subdolam aut minus ratam,
En litteras chirographūq; quo suā ad præsentiam
Te tanta maiestas citat. He. Quid Cesari mecum fuit
Cōmune, ut accepti datiq; subito iustum calculum
Suum ad tribunal exigat? Quid? nū Imperator me sibi
Seruum, colonū, debitorē, aut œconomon existimat?
Ut referam ei omnē calculū de singulis? An non licet
Mibi de meis & quod uolo, & q̄tu uolo, quando uolo, &
Quibus uolo, & quēadmodū uolo, meo pro arbitrio
Impedere. No. Has lege litteras primū oīm, atq; intellige.
Si postea quid hæsitas, tibi clarius præper o.

He.

He. Proh Iuppiter, cuiusmodi hæc scriptura & hæc ele-
menta sunt?

Nostre profecto non habent formã stylumue arie.
Quasi hi characteres dei digito exarati sint, ita
Grãdẽ mihi timoris horrorẽ ingerunt. N. Quid musitas?
Cito perlege, atiusq; responde, ut sciam quid sit mihi
Renũciandũ Iudia. He. Tuã fidẽ. est in litteris
Reuerẽda qdã antiquitas, pũctis figurisq; haud parũ à
Nostra litura discrepans, ut neq; legere uerbum queam
Miser, nec intelligere quæ exarata sunt. At sunt mihi
Duo filij, quorum alter humanis diu uersatus est
In litteris, morare dum sensum mihi horum uersuum
Is explicet. N. Voætur. He. heus uocato Philomatheã meũ
Gnatũ, ut statim compareat. post alterũ arabis, ut
Legatus hic dignissime exapiatur, hospitesq; cæteri.
Pa. Et filiũ tuũ here uocabo, & alterum arabitur.
Nũquid aliud me uis? H. nihil, nisi ut ipseus actutũ aduolet?
Diesq; q̄primũ illius me opera indigere. Pa. dixero.
H. Me & ara, & anxietas, & horror artũũ simul obruũt.
Dolet latus, cor palpitat, quasi febris conuassa sint
Carnes & ossa contremũt. sup omnia hæc, legatus hic
Me & iussa regis maximi torquent pauore maximo.
Et ad ipsa quid respondeã ignoro oĩm miserrimus.
Heu me uiasitudo quãta subito rerũ est omnium.
Sed eã Philomates adest gnatus meus iuuenior, hic
Mihi spero post has litteras lectas feret solatium.

Actus secundi. Scena octaua.

Trimetri. Philomathes. Heçastus.

Subito legentem Hippocraten puer meus
Me deuocat. Quis hic? Pater quid tristis est?

B 3

Salue

Salue pater. quid tristis es? quid & manum
 Lateri apprimis? He. me subitus inuasit dolor,
 Sub dextero hoc hypochōdrio. Ph. Linguā exere. He. hē.
 Ph. Cedo manum. He. hem manū. Ph. Pleuritis est,
 Morbus profecto negligendus nemini,
 Nisi forte cui uitæ salus inuisa sit.
 Is nāq; præcipiti gradu adducit neci,
 Nisi eam repuderit initio medicans manus.
 Fidito pater. lecto Galeno facile te
 Seruauero. Sola hæcne causa subito me
 Modo deuocari iusseras? He. Non hac quidem
 Fili, sed alia, quæ premit pectus meum
 Multo magis. Vidistin' hunc uirum grauem?
 Ph. Quin' uiderim? He. Magni Imperatoris (ut aiis,
 Et ut indicat maturitas) legatus est.
 Qui me suis uerbis grauibus & litteris
 Eius tribunali ocys sisti iubet,
 Et omnium quæ nostra sunt rationem ibi
 Ut nacta sunt uel distributa reddere.
 Ph. Ne æfferis. in ius uocandus est pater
 An Imperator omnibus nostris bonis
 Præscribet ultro calculum? He. Audi cætera.
 Venerandæ adhuc antiquitatis obtulit
 Diplomata, breuibus quidem illita uersibus,
 Sed litteris tam insignibus, uti non manu
 Mortalis hominis, at dei scriptas putes.
 Tantū ingerunt horroris intuentibus.
 Quas dum neq; intelligere queo neq; legere,
 Te deuocavi ex ædico musæ olo,
 Ut uerba, sensum, & ordinem eam expresseris
 Sāam quid alto primæpi respondeam.

Philom.

Philom. Diplomata sua mihi uir ipſus diſplicet,
Videatq; noſtro in orbe doctos & ſophos.

He. O utinam in hac gnate patri commodas,
Pro maximis tibi traditis impendijs.

Phi. Et quicquid ad philoſophiæ artis attinet,
Omnesq; leges tum prophanas tum ſacras,
Omneſq; linguam haud barbaram noui probe.

Quid propoſuerit, quod ſaile non ſolueros?
Sed in uiro eſt (dum attentius conſydero)

Non ſecularis dignitas, (ut credidi)

Fastusue regius, ſed horror ac ſtupor

Cultus dei & cœleſtis amplitudinis

He. Hoc dixeris, cum ipſum loquentē audiueris.

ACTVS. 2. SCENA. 9.

Trimetri.

Nomodidascalus. Hecaſtus. Philomathes. Puer.

Hic eſt Hecaſte qui tibi regis mei
Mādāta legat et explicat? He. Is eſt. No. Cape, lege.
Plus æquo in hoc loco moratus ſum, expedi.

He. Quid ſtipes hic elinguis eſt? qui non legis?

Phi. Horror pater me inuadit, anxietas quoq;

Non mediocris. Nam elementa q̄q̄ barbara

Miram Dei potentiam præ ſe ferunt.

Humaniores litteras ſcio, barbaras

Neq; legere neq; intelligere pater queo.

He. Egōne miſer, qui poſt tot auri impendia,

Nil eruditionis in te nactus ſim?

An non in hoc te litteris mandaueram,

Vt ſiabi res poſtularet, tu meas

Cauſas uiris coram probis defenderes?

Et ecce nunc in hoc meo discrimine
 Stas mutus absq; mente, uoce, & sensibus.
 Lege uel abi in malam crucē ignauissime.
 No. Ne cæde gnātū innoxium, nam tu magis
 Taxandus es, qui tantum eidem litteras
 Tradi uolebas, quæ aut forent rebus tuis
 Perutiles, aut ampliter gnati tui
 Tum gloriæ, tum dignitati consulant,
 Dei optimi & propriæ salutis negligens.
 Porro ex deo omne pendet hoc negotium,
 Totumq; diuinū est quod hic tractabitur.
 He. Quid audio: non dixeras exordio,
 Summi Imperatoris te adesse nuntium?
 No. Et esse dixi & sum quidem παρ το κρᾶτορο &
 Et Imperatoris minister maximi.
 An non Deus rex regum & omnium ubilibet
 Dominantium? Hic suo tribunali iubet
 Te assistere, ut simul exigaris omnium
 Quæ gesseris rationem & arctum calculum.
 De idololatria, infidelitate, deq; falso
 Iurciurando, dolo, periurio,
 6 Fastu, gula, luxu, libidine, aëdia,
 Furto, philargyria, rapina, cædibus,
 Liuore, bile, & id genus facinoribus
 Quibus deum patrem optimum & ter maximum
 Negare minime ueritus es, sed omnibus
 Tum animi tui tum corporis pulcherrimis
 His dotibus, cum argento & auro plurimo
 Abusus es. Quorum omnium te homo deus,
 Non prināpem aut dominū, sed œconomum sibi
 Constituerat, quo ea non tuæ libidini

Sed

Sed commodis & gloriae domini tui
 Expenderes, nunc petitur a quibus calculus.
 HE. Tot atq; tantis me procellis obruis,
 Ut mente desperationi proximus
 Deficere me putem. Sed ista, qua mihi
 Minaris, actuum omnium discussio,
 Post longa creditur futura tempora,
 Quis interim interdixerit fruisa ijs,
 Quae uel labore parta sunt, uel annuens
 Mihi uel patri Fortuna large tradidit?
 No. Homo bulla inanis exigis quis uetuerit?
 Diuina uirtus celeriter te eliserit,
 Te extruserit, te eraserit, te extinxerit,
 Diuina enim animaduersio, etsi pluribus
 Sit differenda serius, tibi imminet,
 Et occupabit negligentem ocysimè.
 Quapropter expende ocysus quid his super
 Respondeas. He. Vehementer urges, nec tamen
 Tempus locumue examinis certo ordinas.
 No. Nunc imminere diximus tempus, locumq;
 Diximus dudum, atq; adhuc recaltras.
 He. At qua uia gradiendum erit? No. Te rapuerint
 Hinc ultro qui accusauerint dei angeli,
 Tum daemoneis, tum propria conscientia.
 Et ipse te tunc, ut modo, accusauero.
 He. Cui iudicia? No. inflexibili & horribili deo.
 Cuius tremunt uultum inferi, superi quoq;
 He. Non aduocato causa & epitropis potest
 Committier? No. Coram ipse oportet adsies.
 He. Nullae ne igitur induae? No. nullae. He. Hei mihi.
 Profint ne opes? No. minime. He. precésne? No. ne utiquam.

He. Heu heu miser quid natus sum? quot undiq;
Me subito arduant mala? No. Hæc ante omnia &
Te praeuidere, & te cauere, cum diem
Tibi oâo terere liberet, oportuit.
Nunc ergo dic quid Iudiâ renunâes.
Neq; enim licet posthac morari quippiam
He. Angustiæ graues mihi sunt undiq;
Ignoro quidnam fecero. quando quidem
Durum aggredi, & periculosum reuere.
Cum nullus igitur sit legere qui possiet,
Hoc ipse lege diploma, quo certo sciam
Quid me citant iudiâ respondeam.
No. Onus hoc subire tuo haud grauabor nomine.

וַיִּסְמַךְ מִנָּה תִּקַּל פָּרְסֵי id est, numerauit hos

Vite tue dies Deus uerissimus.
Et ponderauit minus habentes maximus.
Diuisit itaq; te è solo iustissimus.
En prior. Et altera hæc quam clarius
Intelligas sententia est. שׁוֹ לְבִי תָרַךְ
וְכִי מֵיַת אֲתָה וְלֹא אֵת תִּיָּה;

Domui tuæ dispone, quia morieris &
non uixeris. Hic est tonantis nunciûs.
He. Ergo ne moriar? No. Certius quidem nihil.
He. Qui moriar annum uix agens triagesimum?
No. Moriere. nec posthac habebis crastinum.
He. Ego ne moriar, opibus qui abundo plurimist
Cui sunt amici, proximi, uxor, liberis?
No. Vide quid hi te iuuerint. moriendum erit.
Quid nunc remandas iudicis dic sine mora.

He. Heu me. uelim nolim omnium miserrimus
Petam supremum Iudicem. No. sequere illico
Tu quoq; puer cape saranam. migremus. Pu. hem.

Actus secundi, Scena decima,

Trimetri.

Heastus solus.

O Mors quam amara est mentio tui uiro
Sano, cui tranquilla rerum est omnium
Possessio, libetq; adhuc capere abum.

O anima me a solis relicto lumine,
Vxore blanda, liberis charis, bonis
Amplis, amicis integris, & hoc
Tuo suauis corpore, rapiere nunc
Per atram & ignotam uiam necis horridae, ad
Summi tribunal iudicis, cui ne quidem
Vnum ad decem milia referre potueris.
Vbi nec opibus, quia diues est, nec gratia,
Quia iustus est, sed nec dolo, quia sapiens,
Nec pragmatice iudex quod ipse & testis est,
Agendum erit. Quid obsecro tandem spei
Nobis duobus unicus, nisi quod salus
Speranda nulla est perditis? O si modo
Ex omnibus uel unum amicum offenderem,
Qui se meis comitem exhiberet passibus,
Qui usq; ad tribunal iudicis causam meam
Pro uiribus defenderet, uir is quidem
Non mediocre afferret mihi solatium.
Talis mihi intus aut foris praesensandus est.

CHO.

CHORVS.

Dimetri.

Ex Ecclesiastico, Psalmis, & Apocalypsi.

O Mors quam amara est memoria
Tui, uiro sano, cui
Tranquilla rerum est copia,

Libetq; adhuc epularier.

O seua mors, o dira sors

Homini scelerato & impio,

Cui soluto à corpore

Mors imminet pessima.

Mors quanquam acerba corporis,

Tamen ipsa momentanea est.

At spiritus mors perpes est

A deoq; multo acerbior.

Mors prior amicum separat

Ab amiculis mortalibus,

Secunda mors hominem à deo

Viuentem in eum disgregat.

Quia quandiu Deus deus,

Tam diu erit impius impius,

Tantisper hic in tartaro,

Quantisper ille in gloria.

ACTVS TERTIVS.

Scena prima. Trimetri.

He castus solus.

Quam is est beatus qui ita probe uitam suam
Instituit, ut morte ingruente neuiquam
Timeat, sed audeat ultro adire iudicem,

Id ex mea infœliâtate maxima, heu
 Sero nimis confydero. Nam cor meum
 Tot opprimunt curæ, ut quid expediat mihi
 Primum omnium tentare, prorsus nesciam.
 Vitam meam dum pristinam confydero,
 Plus terret orco dira consœntia.
 Si in posterum emendationem spondeam,
 Morbus premit, mors imminet, Deus quoq;
 Iratus instat arbiter. cœus quidem
 Solus tribunal mox adire exhorreo.
 Et nescio si ex omnibus sit quispiam
 Amiculis, qui me uelit comitarier.
 Tentare tamen id est necesse maximè.
 Quod solus hunc non ausim adire iudicem.
 Se primus ingerit cum amicis Dæmones.
 Is primitè mihi modo conueniendus est.

Actus tertij, Scena secunda.

Trimetri.

Dæmones cum duobus amicis. Heæstus.

E Amus, & uideamus ut Heæstus uetus
 Valeat amicus. Am. eamus. Ami. eam is obuii st
 Dæ. Ut est Heæste? Non adhuc sapiunt tibi
 Vina uetera? ecquid tristis es? qui sese habet
 Lateris dolor? He. Quid uina amice Dæmones
 Mihi suggeris? dolor ingrauesat plurimum,
 Verum aliud est, quod irget hoc uehementius.
 In quo tuum atq; cæterorum plurium
 Consilium & auxilium inuoco. Dæ. Sis bono animo.
 Nihil est enim quod uiribus, quod opibus, &
 Prudentia, tibi non queamus beneuoli

Impens

Impendere. Heus proponere causam, nostrum erit
 Succurrere. He. Imperator & rex maximus
 Suo tribunali iubet me assistere,
 Et de omnibus factis, legis, rebus quoque
 Mihi creditis rationem ad unguem reddere.
 At solus apparere summo iudici
 Quandoquidem non audeam, uos deprecor
 Pro nostra amica & uetere consuetudine,
 Ut uel simul aucti, uel unusquilibet
 Meam profectus ad tribunal iudicis,
 Pro me aduocatus uel patronus adsiet.
 Dæm. Confide, nam pro uiribus te quisque ibi
 Iuuabimus. sed quando proficiendum erit?
 Vel quo modo? uel quo? uel ad quem iudicem?
 He. Heu me, sine remora, uel ante uesperem,
 Sub horrido uite & necis discrimine,
 In regionem tenebriosam & inuiam
 Migrandum erit, sistendum & alto iudici.
 Dæm. Prægrandis est Heasteres quam prædicas,
 Nostris quoque impar uiribus. Si in proximo
 Vico, uel urbe proxima, absque periculo,
 Coramque noto iudice, hæc quam nos rogas
 Res foret agenda, relinquerem te neutiquam,
 Sed iam mihi id (quid hi queant nescio) tibi
 Præstare non est integrum. Am. mihi quoque
 Non modo uacat, quod & alijs condixerim.
 Am. Nec mihi per occupationes plurimas.
 He. Hæc est amicitie fides? hæc gratia?
 Sic destituitis in miseria, quem quidem
 Tantum celebrabatis olim in gloria?
 Dæ. Sic mandat hoc Fortuna nobis tempore,

Verum

Verum probe tibi atq; amice consulam.
 En Syngenes, reliquiq; sanguine proximi,
 Vltro tibi sese ingerunt, causam explica.
 Nihil est quod ij tibi negauerint. Vale.
 He. Vt hoc amia frigidum solatium.

Actus tertij, Scena tertia.

Trimetri.

Syngenes cum duobus cognatis. Heaustus.

Quid turbæ in ædibus tuis Heauste mi?
 Quid uxor atq; liberi illachrymant domi?
 Quonam repente regio iussu foras
 Citatus es? He. Proh prob dolor cognate mi, ad
 Sum mi tribunal iudicis uocatus. &
 Parere iussus sum, nec est qui iudicium
 Mecum profectus mitiget, causam meam
 Defendat, aut mihi consulat, si non modo
 Sit quippiam à uobis mihi solatij.
 Syn. Cognate non te deseremus, fido.
 Cog. Non deseram te. Cog. Heauste non te deseram.
 Sed quonam eundum, & quando nobis diato.
 He. Statim in horridum mortis ferar periculum, &
 Sistar seuero iudici, cui ne quidem
 Vnum queam pro mille adortus reddere.
 Syn. Viæ tuas (ita me iuuent pij Ioues)
 Dolco, sed hæc mihi causa paret acerbior,
 Quam possiet per nos tibi tractarier,
 Vt nulla nos mortis pericula terreat.
 Quapropter oro æquanimiter nos audias,
 Tuæ saluti consulere quia cupimus.
 Tibi sunt opes amplissimæ, tibi famuli

Fidis

Fidissimi, tibi liberiq; acerrimi.
 Auri tui argentiq; uim cape maximam,
 Assumptisq; famulis atq; liberis tuis,
 Securus aggredere seuerum iudicem,
 Si quid tui nati haud queant defendere,
 Tua (cui omnia obcediunt) pecunia
 Facillimè redemeris. Nos coniugem
 Tuam atq; rem domesticam, ut tibi proximi,
 Tuebimur. Cog. tuebimur. Cog. tuebimur.
 Syn. Nihilominus ubi te paratum saerimus,
 Adusq; portam prosequemur ampliter.
 Cog. Te prosequemur. Cog. prosequemur insimul
 Te summo honore & ampliter. He. Me miserum, ut est
 Vana & caduca sanguinis fiducia.
 Sic adiuuatis proximum. Syn. Cognate (si
 Vis) hoc boni conside quod offerimus. Vale. He. heu
 Parcere meis quidem uolebam liberis,
 Sed ab omnibus desertus hos cogar quoq;
 Mihi obsequentes atq; comites reddere.
 Ecos meum ob malum madentes lachrymis.

Actus tertij, Scena quarta.

Trimetri.

Philocrates, Philomathes, Heaestus.

T Ametsi uterq; modo ex ephebis aessimus,
 Non queo tamen, cum exaudiam patrem anxium,
 Quin lachrymer. Philom. Quamuis & ipse sine patre
 A modo potissim uiuere, tamen me quoq;
 Affectus idem permouens lachrymas aet.
 He. Adeste filij mei charissimi.
 Adeste patri dubio in hoc negotio.

Philoc.

Philoc. Siquid pater possimus auxiliij tibi aut
Consilij uterq; impendere, haud nos credito
Tibi de futuros. Quicquid armis bellicis,
Virtute corporis, uel animo strenuo
Possim pater, non tibi gra uabor exhibere
Philom. Ad me quod attinet pater, quicquid scio
Vel in sacris uel in prophanis legibus,
Vel in arte differendi utraq; uel integra
Philosophia, tibi iure totum uendica.
Ut interim sileam, quod & totum tibi
Me debeam. Id natura suadet, praecipit
Lex, atq; ratio postulat. He. Bene diatis
Gnati mei, & me subleuatis paululum.
Quando a propinquis igitur atq; amicalis
Omnibus ad unum desecor, nam iudicis
Meme exigit censura ineuicabilis,
Nec solus audeam, mihi male consatus,
Petere pauendum iudicem uos obsecro,
Quibus imperare assueueram, ut conficere iter
Me eam uelitis, atq; adire iudicem.
Philoc. Quis iste iudex est pater quem nuncupas?
He. Coeli Imperator atq; terrae maximus.
Philoc. Horrendus hic, quis audeat eum accedere?
Nihilominus qua quoniam eundem ad principem?
He. Per mortem in horridam & inuiam regionem, ubi
Pro singulis dictis meis & actibus
Amodo recipiam premia. Philoc. Apagesis pater,
Moriturus es? He. moriar. Philoc. hodie? He. hoc filii die.
Philoc. Qui scis pater? He. Legatus aeterni dei
Indixit hoc mortem mihi diplomate
Philom. Quin mi pater dilationes postulas?

C

Quia

Quin superiorem iudicem appellaueras?
He. Nullam sinit dilationem æquissimus,
Nullam quoq; appellationem maximus.
Quapropter oro & obsecro gnati mei, ut
Vestro parenti adsitis in discrimine,
Causamq; nostram uestra ope & patroanio
Reddatis ex ægerrima meliusculam.
Philoc. Si cum hostibus pater tuis armis iubes
Aut uiribus confligere, in Philocrate
Nullus timor, formido nulla per Herculem,
Belli ue detrectatio, sed horrida
Team subire mortis in discrimina,
Quod animus & natura abhorret, abnego.
Si quid tamen frater meus tibi Philomathes
Facere amplius sciat, uelit, uel possit,
Per me licet. Philom. Prompta est uoluntas mi pater
Tibi commodare plurimum scientia &
Industria, ueruntamen pericula
Mortis subire non queo nec debeo,
Hoc maxime, quod nesciam si te. queant
Iuuare coram iudice aut defendere.
Itaque consilio meo fretus pater
Adhibe tibi mancipia & æris plurimum,
Quibus imperes liberrime, ut si quispiam
Tibi inferat uiolentiam, famuli adsint,
Causamq; reddat (nisi queas defendere)
Mitem uel exasabilem pecunia,
Qua nullo solet magis flectere animos iudicum.
Philoc. Iuxta meam sententiam locutus est
Frater. Deæt magis obija periculo
Tua mancipia quam liberos, ne his perditis

Nullus fiet qui hereditatem diuidat.
 He. Sic filij, sic deseritis & fallitis
 Vltro patrem uobis benignum & obuium?
 Qui uos genuit, & enutriuit, & extulit
 Sic spernitis? Philoc. Nō spernimus. Philom. Nō spernimus
 Sed improbum iussum probe abnuimus. Vale. He. Heu
 Quid iam spei mihi reliquum? si filij
 Linqunt patrem, quid reliqua tandem familia?
 Tentabo si quid imperando extorqucam.
 Ocyus adeste singuli uernauali,
 Egredimini. -

Actus tertij, Scēna. V. Trimetri.

Philoponus. He. astus. Panocnus.

T - V nos uocaueras here?
 He. Vocaueram non uos modo, sed etiam alios
 Famulos meos. Phi. Quid exequinos præcipis?
 He. Produatē huc Plutum meum, meas opes,
 Et quicquid est præciosum in ædibus, foras.
 Pan. Produamus. He. sine remora. Phi. Absq; ulla mora.
 He. Possem inuocare coniugem cum ancillis,
 Blandasq; amicalas meas, quarum haud secus
 Ac coniugis suaue consuetudine
 Hucusq; fruius sum, satis genio meo &
 Veneri obsequens, & quæ me amabant plurimum,
 Vereor tamen, ne forte sit frustraneum.
 Quid audeant hic mulieres pauidissimæ,
 Vbi trepidat & fortissimus? Si liberi
 Non audiunt, quid audiat me uxor proci?
 Quis intus est garritus? ecquis exiet?
 Ipsa uxor est, habetq; quod fert ægrius.

Actus tertij, Scena sexta.

Trimetri.

Epiuria, Heaustus, Analla due.

Quid est marite quod foras Plutum iubet
Ex abditis domus loas produaer?
An morbus ad dementiam te corripit?
He. Sine me uxor hoc die opibus hisæ perfrui,
Qui crastino fortasse & his, & gloria, &
Vita carebo & omnibus. mortis quoq;
Tremebundus ad regionem iturus horridam.
Ep. Pape marite, quid hoc quod occipis loquit?
Tu mene, utroq; filio, famulatio,
Et omnibus bonis relictis profuges?
An non putem dementis hanc sententiam?
He. Tæ mulier, ut audias, quod neutiquam
Insaniam. Vidistin hunc paulo prius
Virum honore dignum & moribus grauissimum?
Ep. Vidi. isq; me mirum in modum perterruit,
Mortem subinde & acre iudiciam Dei
Acquissimi mihi memorans. He. Hic iam rato
Magni Dei chærographo atq; diplomate,
Mortem mihi indiât, & ad horridum statim
Citât tribunal iudicis. cui ne quidem
Vnum queo pro milibus reddere. Itaq;
Coniux mea oro & obsecro, etsi non queas
Causam meam defendere, ut commortua
Meam profecta sis mihi solatio.
Ep. Eheu marite Heaste mors tibi imminet?
He. Mors. Ep. Nulla prorsus tibi datur dilatio?
He. Nulla. Ep. Ergo mortem obibis hoc die? He. hoc die.

Pauloq;

Pauloq; post ipsam uidebis me aggredi.
 Ep. Me miseram, ut est amara mors. solum necis
 Me territat uocabulum. Tibi consule
 Mi uir, profecto non tibi ausim congredi.
 Aurum cape atq; argentum & omne famulitium.
 Mors territat me, deprecor mortem. He. Vel has
 Quæso puellas linque mihi solatio.
 Anc. Ne rogo sinas nos domina morti tradier.
 Anc. Ne morte nos domina sinas occumbere.
 Ep. Serui tui tibi sint uir obsecro comites,
 Sine mihi meas seruari cerpedisse quas.
 He. Ut usq; miser? Huc manapia Plutum adfer aut.
 Ep. Mox effereat. Confidito, uim maximam
 Pecunie panumq; pauperibus tuæ
 Pro animo salute impartiar. mi uir Vale.
 He. O languidum solatium, si quid mihi
 Male mortuo dispertias. —

➤ Actus tertij, Scena septima.

Trimetri.

Philoponus, Pauocnus, Plutus, Hecastus.

M — Anum admoue.
 Ut stas piger. Pã. Qd crassus & grauis admodi
 Plu. Quid inquietor? quo feror? Ph. Te herus uocat. (est.
 Hic Plutus est here. He. Siftite, ut paucis loquar.
 Hecus Plute, dormis? Plu. Itane tractus dormiam?
 Compacta pridem membra mea tot tractibus
 Disiecta sunt, lassata sunt, soluta sunt,
 Ut uix sibi usquam ex integro cohereant.
 He. Meam profectus hoc die causam meam
 Iuues oportet apud pauendum iudicam.

C 3 Plu.

Plu. Qui cæcus & crassus queam proficiat
Res quaslibet tibi domi expediuro.
He. In alteram regionem oportet exeat.
Exi stupide. Plu. Non exeo, etsi distrahas.
He. O Plute mors mihi imminet, serui mei
Si non uelis ultro, uel inuitum quidem
Te transferent. Plu. Non transferent, prius quidem
Artus & illa ruperint, quàm transferant.
In morte nemini opitulor usquam gentium,
Quin magis ad alienum dominium transeo.
He. Tentabo num te mihi rebellem cogere
Possim, & foras producere. Introduat,
Vectesq; ualidos comparate ocissime,
Quis contumax hinc transferatur longius,
Ego iam sequar. Ph. Paremus. He. heu miserum uirum.
Ut omne longe abest mihi solatium.
Nunc ingrauescat corporis & animi dolor,
Nunc instat hora nouissima, & nolim uelim
Properandum erit, solusq; iter uastissimum
Heu derelictus ab omnibus, confectus,
Solumq; terribili me oportet iudici
Assistere, atq; ibi rationem reddere,
Nisi fors queam Plutum foras producere
Nunc ingrediar ædes meas, ut singulis
Rite ordinatis, & habitu mutato, huic
Accingar itinere omnium tristissimo,

CHORVS.

Trochaici dimetri.

Defluentis instar undæ
Vniuersi cum dolore

Procreati & educati
Morte adimalabimur.

Ergo quid uires opes ue,
Quid uoluptas, quid ue honores,
Proderunt post fata quando his
Omnibus priuabimur?

Delicatus tum putrescet,
Fastuosus proteretur,
Disq; nudus obruetur
Pulvere, esca uermibus.

Corrigamus ergo nostram
Moribus uitam probatis,
Ne (quod absit) temporalem
Mors perennis aggrauet.

Actus quarti, Scena prima.

Trimetri.

Hecastus. Serui duo. Familia. Proximi. Amici.

VT iusseram lento gradu praecedit,
Meumq; Plutum ferte cauti & commode
Ne offensus ex incommodo mihi obstrepat.

Cum dixero uale ultimum & domesticis,
Et proximis & amiculis, mox subsequar.

Ser. Profiasamur. sed quem itineris ducem habebimus?

He. Dux neutiquam defecerit, praecedit.

Iam uxor uale, Longum ualete liberi,

Valete uiscera mea. Iam nos separat

Amar a mors. Ep. Coniux uale dulcissime.

Iam more turturis relicta compari

Vidua sedebo in aedibus. Fil. Vale pater

Piissime. an sic nos relinques orphanos?

Sic separat nos dira mors? Vale pater.
He. Valet proximi. valet amici.
Prox. Nos itane Hecaste deseret? longum uale.
He. Desertus ita uos deseret. Prox. Comitabimur
Te ad usq; portam. He. Onerosum id est solatium.
Am. Concedimus. He. Sed deseretis denuo.
Hui quis tumultus quæue turba perstrepens
Sonat eminus? Iam ingens pauor mentem meam,
Et horror artus occupat. —

Scena secunda Actus quarti.

Trimetri.

Serui duo. Hecastus. Amia.

Proximi. Mors,

M — Ors mors adest.
A tergo Hecaste. He. Atat. Ami. Quid est quod
loquimini?

Ami. Num Mortem adesse diatis? Ser. Mors ipsa adest.
Horrenda imago, larua abominabilis,
Figura tam execranda ut atrum dæmona
Puteis obuium. Prox. An fuga est consultius?
Ser. Si sapitis. Ami. En. Prox. Papæ. Ser. Fuge here, nam
te petit.

He. Quo fugero? et si fugero, haud effugero. Heu
Perij miser. Mor. Scelerate sta, sta perfide,
Quid hactenus summi tribunal iudicis
Acedere es moratus? He. Inducias mihi
Concede formidanda Mors. Mor. Nihil moror.
He. Obsecro uel usq; in crastinum. Mor. haud in crastinū.
He. Vel ad horulam. Mor. Vix annuo. post horulam
Reuertar huc, et te uel inuitum traham,

Examine

Examinandum ad iudicem te pertraham,
 Et ad inferos obnoxium te detraham.
 He. Proh Iuppiter, Iam cor meum tanto est mihi
 Horrore Mortis anxium, tantus quoq;
 Viscera mea aestus concoquit, ut eheu dolor
 Nec mente nec corpore queam subsistere,
 Et præter hæc foedissimorum criminum
 Me terret affligitq; consæntia,
 Iudex superne iratus horrendum intonat,
 Inferni & ater mihi dehiscit tartarus,
 Vallant quoq; undiq; me cruenti spiritus.
 Neq; ullus est ex omnibus charis meis,
 Qui uerbulum solatij mihi suggerat.
 Quid restat itaq; mihi miserrimo, nisi
 Vitæ & salutis una desperatio?
 Attendite & uidete queso singuli
 Qui præteritis, num dolor quisquã meæ
 Sit calamitati comparandus maximæ.
 O uetus amica nobilis Virtus mea
 Quã te gradulento obuiã uideo cminus.
 Nisi tu adiuues, nihil salutis residuum est
 Miserrimo. Heu defectus ægritudine &
 Horrore Mortis imminentis conado.

Actus quarti. Scena tertiã.

Trimetri.

Virtus. Heaustus.

Hic est amicus pristinus: hic Heaustus est,
 Qui me priusq; deliciae, opes, stemmata,
 Mores bonos mutauerant & coluit &
 Veneratus est. Aædam eum, q̄q̄ male

C S

De me

De me merentem, pristinae memor uiri
Erga me amicitiae atq; consuetudinis.
Hecaste saluus es. He. Salute nil mihi est,
Virtus mea magis opus sub hoc discrimine.
Verum leuare ad te quidem lumina mea
Pudor uetat, & ingratitude non sinit.
Vir. Quod ingruit discrimen, & quibus indiges?
He. Iam merapient amara Mors, neq; ullus est
Ex omnibus notis meis, qui me suo
Consilio & auxilio iuuat, & utinam mihi hoc
Tu una, licet indignissimo, adsis tempore,
Ferasq; suppetias, deinde iudicem
Cause meae mecum profecta mitiges.
Vir. Quanta uides Hecaste macritudine
Confecta sim, oblitaq; situ, quod tu hactenus
Aliq; aultum iure nobis debitum
Neglexeritis. Et qui potero sic sordida &
Languidula ducere te ad supernum iudicem,
Causamq; (ut ipse fatere) pessimam tibi
Defendere? He. O Virtus mea fator equidem
Tuis beneficijs quod indignissima
Tunc reddidi, cum aetas uigebat lubrica,
Florebat & fortunula. At si tu modo
Me deseras, actum est salute de mea.
Iam namq; desperatione perditum ut
Ora abum me exapiet hiscens tartarus.
Vir. Urgent me Hecaste preces tuae, mouentq; me
Lachrymae tuae, sed neutiq; ualeam tibi
Prodesse sola, tametsi & incolumis siem.
Ne iustus arbiter secus tibi placandus est
Quam existimas, nec sola tibi sufficero.

Nihilominus te (ad me quidem quod attinet)
 Non derelinquam, nec tibi abfutura sum.
 Iubebis interim te ab his uernaualis
 Reponi in ædibus, atq; sacrificium tibi
 Virum pium doctumq; mox accersier.
 Qui unum tibi authorem salutis prædiat,
 Viamq; per quã iturus es plane indiat.
 Ego interim Fidei loquar sororula.
 Tentaueroq; num ualeat inducier
 Te inuisere, id quod si annuerit, ipsamq; tu
 Recæperis, tuæ salutis spem fore
 Confidito. He. O Virtus mea & meam uniam
 Solatum, serme reducti ab inferis
 Vitam meam. Lætus moriar, ubi id egeris.
 Vir. Fido, uale. post paululum reuertere.
 He. Reuertere. O quãro est in hac q̃ in cæteris
 Plus gratiæ, maiorq; fidei integritas.
 Quam cæcus infœlixq; (dum fœliã
 Cuncta reputabam) aspiciere dedignatus sum.
 En ultro uenit, & ab omnibus dum deseror
 Mortalibus, spem præsidiaq; suggerit.
 Iam ne aliquis egredietur ex famulis meis,
 Qui me ferat sub tecta, quiq; calicem aquæ
 Suffrigidæ mihi porrigat? Me miserum, ut est
 Mutata fors, qui magna dudum iusseram,
 Iam minima cogor postulare, nec impetro.
 Si qua pietatis uiscera famuli mei
 Succurrite, atq; in ædibus reponite.

Actus quarti. Scena quarta.

Trimetri.

Philopo

Philoponus. Panocnus. Heastus.

Vocem tuam gementis audiuius here
Mœsti tuamq; calamitatem non sine
Dolore lachrymisq; conspiciamus. He. Quid est

Pueri mei, quod me relicto perfidi

Fugistis: hocine est opus famulantium?

Hocine proborum: hocine & hero fidelium?

Ph. Tanto fuimus horrore mortis territi,

Vt non modo defierit animus anxius,

Sed & genua, membra quoq; cuncta labascerent.

Ignosce quæsumus, atq; præcipe quid uoles

Curarier. Nam mortis extra angustias,

Niliusseris quod diffiale causabimur.

He. Facile remitto. Cæterum sat agite, quo

Primum omnium domo inferar, dein haustu aquæ

Amplissimo pectus meum refrigerem.

Quod tantus æstus tanta quoq; sitis coquit,

Vt ne quidem Hebrus ipsa queat extinguere,

Post indicate liberis, qui sese habet

Res nostra, ut ad me uterq; sese reapiat.

Vt si quidem morbo meo minus queant

Mederier, doctum uirum q̄ ocysime

Piumq; pastorem aduocent, si quomodo

Animæ meæ uerbo queat mederier.

Phil. Fiet. Tu abi quæsitum heriles filios,

Ego solus ædibus suis herum ingeram.

Pan. Non commode solus queas, te iuvero. Ex

Penetralibus arabo adesse liberos.

Qui morte dudum territi, cum amicalis

Causa animi in horto obambulant

Phi. Recte. Leua igitur commode, ne uiscera

Quas

Quassata motu non ferant. He. Ite placide.

CHORVS.

Carmine Trochaico.

Morte iustus si occupetur,
Neutiquam tristabitur.
Mente sed feret ipsam alacri,
Quod refrigerabitur.

Nam beati scriptitantur,
In deo qui obdormiunt.
Hinc quod omnibus quiescant,
A suis laboribus.

Mors profecto ea preciosa
In Dei conspectu erit,
Quam beato sine sancti
Sponte alacres oppetunt.

Ergo mortem non atrocem
Nec pauendam iudico.
Quod beatæ porta uitæ
Sit pie uiuentibus.

ACTVS. V. SCENA. I.

Trimetri.

Philocrates. Panocnus. Philomathes.

Panocne ades, si fors tua indiguerimus
Opera, ne inertia tua, tuâq; aecidia
Plus nocet intus, q̄ foris negotium.

Pan. In me quidem hec mora nulla, dum uis utere.

Philom. Actum Philocrate de patris salute, uti

Plane recenti ex lotio præiudico.

Nam ærulea si tendit ad nigredinem

Vrina

Vrina, mortem proximam denunāat.
Sero meam medentis admisit manum.
Philoc. Si sic se habet res, mox hic ablegandus est
Heus tu. Pan. Quid est. Philoc. In uicū abito proximū,
Pan. Abibo. Philoc. Et inde sacrificium huc Hieronymū
Quam potueris celerime deducito,
Sacra synaxi qui patrem, sed & oleo (ut
Deet) sacro muriat. Pan. Deducam. Philoc. Abi.
Philom. Vide moram ne feceris, mortem patri
In foribus esse dixeris. Pan. Sic dixerō.
Philom. Heus tu. Pan. quid est. Philom. Arcāq; mortuariā
Sume opera eadem ab arulario. Pan. Licet.
Philom. Præter suum morem atus proficiatur.
Vt ratio temporis exigit, nam mors Patri
Certo imminet. Verum mihi nondum exādit,
Paulo quod ante dixeras mi Philocrates
De hereditarijs bonis, contraq; phas,
Contraq; leges aūicas. Non te sinam
Bonis frui potioribus, nisi iure me
Super aueris. Philoc. Egon' tuis præranādis
Siue abrogatis attinebor legibus?
Clypeum, macheram, & lanceam mihi uendico
Pro legibus. Quod militare ad balthcum ex
More attinet, gladij tuebor legibus.
Philom. Si iuribus non iure agas, tu uiceris.
Verum suos & iura habebunt præsides.
Secus loqueris cum tibi diem dixerō,
Coramq; iudicæ repetundarum egero.
Philoc. Abi in malam rem posthume, an mecum putas
Hereditarias quod æquo patris
Possessiones diuidas? qui me iunior

Et natu, & ordine uilior? Per Herculē
 Te hoc ense malim confodere q̄ cedere.
 Philom. Nec ego tibi latum (quod aiunt) culmulum
 Cessurus sum. nec ensibus me territas.
 At modo silendum honore pro domestico.
 Presto est enim quem patri adesse uoluimus,
 Probus uir & dei sacerdos maximi,
 Prædat hic. Philom. Salue, sequamur intro, ne (ut
 Fieri solet) pauperibus elargier
 Et exteris, plus q̄ sat est, persuadeat.
 Philom. Id autum oportet maxime. Nouimus enim
 Quam tum sibi, tum cæteris quibus fauent,
 Legata larga extorqueat id hominum genus,
 Dum morte ditē terminandum uiderint.
 Eamus. aliæ en appropinquant (nescio
 Quæ) scæminæ, recta petentes hunc locum.
 Vultusq; honestas dignitatem nuntiāt.

Actus quinti. Scena secunda.

Trimetri.

Virtus. Fides.

Vir ipse de quo dixeram soror mea
 (Quod poscat id tua charitas nunc dider)
 Probis quidem natalibus progenitus est,
 Probe educatus, recte & institutus est,
 Mecumq; castam habere consuetudinem,
 Probitatem amare, uitiq; execrarier.
 Verum puer ubi lubricam adolescentiæ
 Aetatem attigit, sensim inapit labascere,
 Admittere uitia, & mei obliuifac.

Quid

Quid immoror multis? tibiq; molesta sum?
Is tandem in omne flagitium præcepit.
Hunc destitutum uiribus, sed & omnium
Mortalium solatio, miserata sum,
Memor fauoris pristini, atq; animum indidi
Et spem salutis maximæ, si te queam ad
Clementiam (quæ solita seruare impium)
Inflectere. Ergo Fides soror charissima
Per uiscera misericordiæ dei obsecro,
Ut huic misello apud supernum Iudicem
Opem seras, cuius merita uel nulla sunt,
Vel minima sunt, quo honor dei cum gloria
Multiplicetur ampliter, sed & ouicula
Pro qua suum pastor profudit sanguinem,
Per te ad salutis tramitem reducta, non
Pereat, sed habeat uitam in æuum & gloriam.
Si quid mea imbecillitas in rem tuam
Facere queat, promptam & paratam inueneris,
Fi. Queas soror, quod absq; te oiosa sit
Opera mea, ne dicam subinde mortua.
Verum quid hic prodesse possim perfido,
Qui me quoq; olim ut inutilem reiecit, &
In luxu, honoribus, opibusq; fissus est.
Nec possum ei fore adminiculo, nisi deus
Paterq; luminum suam per gratiam
Me denuo iam suppliantia restituerit.
Ad Christum enim nemo uenit, nisi quem pater
Cælestis ultro traxerit. Sit quispiam
Qui euangelium ei prædicat, uidelicet
Per Christum Iesum missionem criminum,
Fortasse clementissimus pater hominibus

Me denuo donauerit. Quoniam quidem
 Fides ab auditu, sed auditus dei
 Per uerbum in animum funditur. Vir. Sic censeo.
 Et sic agendum hortata sum, quin & modo
 Istuc sacerdos doctor agit in edibus.
 Veni igitur ingrediamur intro te obscuro
 Soror, anteq̃ nos anteuortat aut Sathan
 Antiquus hostis, Mors ue presentissima.
 Ut si uis sit usus, ad sis proxima.
 Fi. Pium est soror quod me rogas, prae i, sequar
 Nam teter huc sese ingerit modo spiritus. 1

ACTVS. V. SCENA. III.

Trimetri.

Sathan solus.

CAusam me am scripturus absolutius
 Aduersum He castum, hic paululum desedero.
 Ne siquid insit falsitatis maximis
 Faanoribus, res tota ueniat in grauem
 Foedamq; controuersiam. Abstinetes uos
 Quotquot theatro adestis à petulantia
 Nisi si uelitis & hos cachinnos scriber.
 Primum omnium superbus est & arrogans,
 Superbus est & arrogans. & arrogans,
 Tum in edibus, tum in edibus, tum in uestibus,
 Tum in uestibus. Iam reliqua tractus scripsero.
 Loquaculi ne exaudiant & deferant.

ACTVS. V. SCENA. III.

D Trimetri.

Trimetri.

Sacerdos. Heastus.

Confessione iam tuorum criminum
 Tandem absoluta, Heaste muniendus es
 Sacra synaxi, & unctione mystica.
 Nisi te in fide Christi haesitantem inuenero.
 Credis ne pro tua salute & omnium
 Mortalium uenisse filium dei.
 Iesum in orbem perditum, uerum deum
 Verumq; partum uirginis? He. Sic inquit,
 Sic me quoq; legere memini. Hie. Credis ne eum
 Vixisse cum mortalibus sine crimine?
 Tandemq; suffixum crua, atq; mortuum?
 He. Sic inquit. quin & sepultum hunc asserunt.
 Hie. Respondeas pro te uolo. anne tu quoq;
 Credis quod alij scriptitam & dictitam?
 De Christo Iesu filio Dei unico?
 He. Qui credere renum uiris grauissimis,
 Scriptis suis qui haec prodidere fidelibus?
 Quis ambigat narrasse uera Salustium?
 Quis Liuium? Quis Caesarem? quis caeteros?
 Hie. Credis ne mortuum & sepultum, tertio
 Die resurrexisse uiuum a mortuis?
 He. Et id astruunt euangelistae singuli,
 Dieq; quadragesimo palam suis
 Cum gloria assumptum fuisse ad aethera, &
 Patris sedere ad dexteram. Quis haesitet
 Posse omnia deum si uelit $\pi\alpha\rho\tau\omicron\kappa\acute{\alpha}\tau\omicron\gamma\alpha$?
 Hie. Secede, nondum adhuc tibi locus est Fides.
 He. An non fides est credere? Hie. Fidei actus est
 Credere quidem, ualiturus haud tamen tibi,

Ni ex uiuida & uera fide procefferit.
 Nam & demones credunt tremuntq; perfidi.
 He. Quæ uiuida igitur est fides quam prædicat.
 Hic. Paulatim eam (si intenderis) docebo te.
 Credis quod omnia quæ patrauit filius
 Dei unicus, tibi redimendo gesserit?
 Tibi natus est: tibi uixerit: tibi mortuus
 Sit: tibi sepultus, & tibi surrexerit?
 Mortemq; tibi deuicerit? He. Miserrimum
 Me prædicas. Quanto magis enim hæc replicas,
 Tanto magis mihi dolorem exaggeras,
 Barathroq; desperationis admoues,
 Qui his omnibus per sordidam uitam meam
 Me reddidi indignissimum. Nam scio equidem,
 Quod non sibi (qui iustus est) uerum suis
 Cultoribus, auctisq; peccatoribus,
 Qui ueritate ab agnita se sceleribus
 Non denuo immerfere pestilentibus,
 Fœdissimis, grauisissimisque. Hic. Ades Fides.
 Nam confesa sceleris in deum admissi, metu,
 Et poenitudine mens uiri iam tangitur.
 Fid. Hæc tria quidem, cognitio nempe criminis,
 Horror geennæ, & poenitentia, læta sunt
 Veræ salutis omnium primordia.
 Iam perge, ut in deum exates fidutiam,
 Hic. Credis ne sanctam ecclesiam, & omnium
 Fidelium communionem? He. Maxime.
 Hic. Carnis quoq; resurrectionem? He. Maxime.
 Hic. Et uitam in æuon gloriosam? He. Maxime.
 Hic. Quid igitur articulum unicum, qui insertus est,
 Remissionem criminum ægre creduis?

Putas Heaste, quod is pater qui te semel
A morte, cui te addixerat, per unicum
Gnatum suum redemit, omnibus tuis
Tibi remissis criminibus haud possiet
Tibi denuo laxare quamuis maxima
Tua scelera, & primæ salutis reddere?
Cui subest cum uoluerit posse omnia?
He. Potest quidem qui omnia potest, potest quidem
Mi domine condonare si uelit, sed hæc
Obstat mihi scelerū meorum enormitas,
Quæ iram tremendi iudicis mihi prouocat.
Potest quidem, sed qui uelit qui iustus est?
Heu quod reliqui te improbe Virtus mea,
Sine qua salutis nil mihi spero reliquum.
Vir. Non frangat hæc te res Heaste, nam fide
Neglecta uirtus est tibi recuperabilis
Te doceat hoc Pastor tuus uerbo Dei.
Hic. Virtus quidem semper Deo accepta est, tamen
Non sine fide, nec absq; misericordie
Fiducia. Mi Heaste non credis Deum
Ut maximum sic optimum? Num maior est
Illi potentia Heaste q̄ clementia?
Cur uelle non speras tibi misererier,
Quem posse prædicas tibi remittere?
Credis ne tam remissionem criminum,
Quā Christū & ortū, & passum, & in cruce mortuum?
Non hæc perinde ac illa pars fidei tuæ?
Christus ne ob hoc natus, cruentus, mortuus,
Ut criminum remissionem creduas?
Neq; hoc modo est credendum ei quod possiet,
Sed & quod omnibus sibi fidentibus

Velit

Velit remittere, immo quod remisit.
 Si corde enim credas, quod ore fateris, ut
 Quod pater Iesum à mortuis reuocauerit,
 Seruaberis, nec imminet periculum.
 He. Pie mones, & lachrymas mihi excutis
 Durissimo. Sed qui uelit qui iustus est?
 Permittat impunita tanta flagitia?
 O si mihi persuadeas Hieronyme,
 Erga me ita beneuolentiam Dei mei,
 Quem admodum omnipotentiam persuadeas
 Aequanimius (quamuis amarum & horridam)
 Mortem imminentem exaperem, & alacrius
 Profectioni accingerer. Hic. Iam asta Fides.
 Ostendero tibi, deoq; propitio
 Persuasero. Quomodo uelit qui iustus est
 Obiceras. Per Christum Iesum filium
 Suum unum respondeo. quem in hoc pater
 Demisit orbi perditio, quo ostenderet
 Magnum suum erga nos fauorem & gratiam.
 Usq; adeo namq; diligebat perditos
 Ut filium suum unigenitum mitteret,
 Quo omnis qui in illum creduat, non occidat,
 Sed uita in eum gaudeat. Posuit enim,
 Qui iustus est, iniquitates omnium
 Nostrum innocenti in filio, quo mortuus
 Unus pro hominibus omnibus, mortem aboleat
 In singulis. Quod ergo ego, quod tu quoq; &
 Quod singuli, uel qui ante nos fuere, uel
 Sunt, uel futuri sunt, deo peccauimus,
 Id omne in unum filio in cruce mortuo
 Abolebitur, si lapsi in hunc crediderimus,

Omnes si in hunc fiduam posuerimus.
Nan sicut nostrum omne delictum suo
In corpore, ut iam nulla sit damnatio
Nobis reliqua, qui Christo Iesu nitimur.
Nec habeat in iustis pater quod puniat,
Pro quibus in horridam necem illum tradidit.
Fuge ergo Heaste ad Christian Iesum, & spem tuam
Fiduamq; totam in illum colloca,
Per quem tuorum criminum (si credis his)
Mox assequere remissionem, & gratiam.
He. Certon' mihi istuc astruis Hieronymus?
Hic. Certissime, nihil astites Heaste. Nam
Verbū dei haud quaquam potest fieri irritum
He. O mi Deus, uideor renatus denuo.
Tribuat tibi deus uia'situdinem
Mi Hieronyme, quia nisi tuo fretus forem
Ex institutionibus solatio
Paulominus habitaret anima mea dolens
Apud inferos. Mi domine Iesu credo te
Meæ salutis gratia in cruce mortuum, &
Sanguine tuo meum soluisse debitum.
Tu solus es mea uita, mea fiducia,
Tu solus es meæ salutis anchora.
Respice pater mitissime in faciem obsecro
Christi tui, spinis uide caput obditum,
Fossas manus, fossos pedes, membra laæra,
Vide uulnera, uide profluentem sanguinem,
Nec iudicas cui redimendo perditio
Oppignerasti in morte uitam filij.
Hic. Ne dubita Heaste, per hanc fidem iam solueris
Ab omnibus quibus obligaris debitis.

Dominus tuas iniquitates transfudit.
 He. Credo. Sed est quod adhuc parit mihi scrupulum.
 Mors horrida, atq; aspectus atri Daemonis
 Quis terribilius (inquiunt) nil hominibus,
 Post paululum quos adfuneros arbitror.
 He. Aderunt profecto, at eis Fidem atq; Agere tuam
 Individuas comites tuas opposuero,
 Quæ in omnibus periculis te munient.
 Si languida est Virtus, Fides ualidissima
 Ipsam tibi suffulciet. Virtus Fidesq;
 Adeste huic, uobisq; fidencem amodo
 Aduersus hostis obstrepentes protegit.
 A beo. uale. reuertar ut te muniam.
 He. Valeto doctor optime. actutum redi.
 Adeste nunc Virtus mea & Fides mea,
 Licet atq; paulum mihi uos alloqui.

ACTVS. V. SCENA. VI.

Trimetri.

Mors. Sathan.

Sathan quid agis? Sat. Ago quod mihi cōduxerit.
 Quo adusq; te morabor improba bestia?
 Dum tu pararis annus est. Mor. quid obsui?
 Sat. Quid obsui inquis belua? Viden? sacrilegum
 Qui hinc exijt? auis timeo susurrio
 Hæc (te morante) elapsa præda nunc meis
 Est dentibus. Tu ingrata prorsus es meis
 Beneficijs quæ per me in orbe amplissima
 Imperia dilataueris, nam te Deus
 Ab initio non condidit. Succurrat hoc,

D 4

Quod

Quod me inuidete homini fato, ubi iam lapsus est,
Tu primum in orbem ingressus sis, & hactenus
Grassata in omnes, paucos post nauseam
Mibi glutendos admones. atq; o utinam
De te que a me ulas fier. Mor. Tu me Sathan
Ingratitudinis arguis, cum & ipse sis
Ingratior me multo & impudentior.
Quot quot tibi uoranda milia desero,
Minus tibi immemori obtulisse iudicor.
Ut interim non exprobrem, quod ne quidem
Vnum bolum deglutias, quem non tibi
Præmanderim. Verum tuo insaturabili
Quod pauciores ingeramus rictui,
Non imputandum nostræ erat socordie,
Quoniam Leo qui exilijs ex Iudæ tribu,
Is regna nostra plurimum turbauit, &
Vtriq; nostrum maximam cladem intulit.
Nam mors mihi, tibiq; morsus factus est.
Seuire in animas solita sinu! & corpora,
Vix modo sinor seuire nuda in corpora.
Quos tu quoq; impellere solebas ad tua
Nullo uetante tartara, hos si Christus hic
Defenderit, te inuito ad æthera transuehet.
Sat. Verum est soror. cessent querelæ inutiles,
Rem nostram agamus, ut hactenus consueuimus.
Iuuenibus insidiemur & siliarnijs.
Nullum sinamus (si queamus) omnium
Hinc euolare nec migrare ad æthera.
Et in hoc sælesto id exigamus prinulum.
Præibo. tuq; me sequeris postea.
Nam cum illo erit mihi longa controuersia.

Actus quinti, Scena septima.

Trimetri.

Heastus. Fides. Sathan.

Virtus.

Solaris atq; roboras me mea Fides.
Putasne mortuus homo rursus uiuet, &
In hac mea uidebo carne deum meum?

Fid. Videbis oculis his die nouissimo,
De putri & arido exatatus puluere.
Canente enim tuba resurgent mortui
Corruptione liberi. nil hæsita.

He. Non hæsito. Quid igitur obstat quo minus
Mori audeam, & carnem sinam hanc putrescere?

Fid. Nihil. He. Nihil timendus hostis?

Teterrimus, quem adesse iam præfago?
Nihil ipsa Mors? auctis pauenda (ut inquam)

Mortalibus? Fid. Paucant ij qui sine fide
Post scæla postq; flagitia hinc tandem emigrant.
Tu fido. Nam his hostibus me opposuero, &

Te protegam. He. Hui monstrum horridum. obuia Fides.

Fid. Contra cruam nullum ualet periculum.

Signo hoc uetabo hostemq; propulsabo. Tu

Fidito. Quid astas hic cruenta bestia?

Hem, sta foris. nihil hic tibi negocij.

Sat. Nihil est quidem tecum mihi negocij ò

Perfida, sed iste scælestus est meus. Fid. Tuus?

Quo iure? Sat. Quo? legum dei transgressor est,

Meisq; paruit hactenus. quemadmodum

His cordiallis ueteribus nouis quoq;
Probabo. Fid. Lege. Sath. Primum omnium superbus est
Et arrogans, tum in ædibus, tum in uestibus.
Lemargus est, scortator est, adulter est,
Oppressor est, detractor est, derisor est,
Odius est & inuidus. donat nihil,
Orat nihil, ieiunat aut uigilat nihil.
Nihil boni unquam gessit, at semper mali
Quàm plurimum. Hæc præcipua capita criminum
Sunt, cætera articulatius sub ultimo
Examine & coram supremo iudice
Citauero. Hæc meum hunc fore satis arguunt.
Virt. Satis arguunt mendax Sathan hunc fore tuum,
Qui ueritatis admodum parum obijcis,
At falsitatis plurimum? Sat. Qui plurimum?
Virt. Nihil boni unquam gessit (ut tantum tibi
Respondcam pseudographæ) in pueritia,
Vel prima in adolescentia? quando nihil
Præter deum & probitatis exerçitia in hoc
Deprædere potueras? Quid? an nil interim?
An non uel hoc in tempore est uirtus uiro
In uoto, & in opere, modo uita sit comes?
Num opus bonum dolere, flere, & credere
In Christum Iesum, ut nunc uides? Sat. Tacēbitis
Ne uirulentæ & perfidæ? Negare non
Audebitis, quin ipse hæc admisit.
Loquatur ipse. Num tua hæc facinora sunt?
Nonne hæc patraſti scelerat? quid submurmuras?
Quod consæntia dictat eloquere palam. He. Heu
Fides mea, omnia teste consæntia hæc
Mea facta sunt. Actum est salute de mea

Nisi tu adiuues. Fid. Fide & sile, resellam enim
 Tibi aucta quæ obicāt, uel obijcere queat
 Coram superno iudicē. He. O utinam queas.
 Fid. Fide & sile, in spe namq; & in silentio
 Tua fortitudo erit. He. Silebo. Fid. Heus tu Sathan,
 Omnem tuam calumniam probat irritam,
 Quia iustus est, neq; talis est qualem arguis.
 Sath. Non est? Negare non potest, quin omnia hæc
 Multoq; plura his scælera patrauerit.
 Pseudographum me neutiquam probaueris.
 Fid. Probabo. Nam si talis aliquando fuit,
 Nunc iustus est. Sath. qui iustus est? quo iure et quo
 Iudicē? quibus meritis? quibus precijs? quibus
 Ve pœnitentiæ operibus? Fid. simul omnibus
 Respondeo. Habet hic aduocatum apud patrem
 Et iudicem supremum, Iesum filium
 Illius & iustissimum & piissimum.
 Huius quidem iustitiam & omnia merita,
 Sua arbitratur, atq; se iustum aestimat.
 Sat. Quid illi & huic commune ais? Fid. multum quidem
 Modum per omnem. Iure namq; duplici
 Regnum patris sui Iesus hic sibi uendicat.
 Primum quod hæres est, deinde quod etiam
 Merito suo, sanguine suo, morteq; sua,
 (Cum iustus esset & neci prorsus nihil
 Deberet) hoc iure optimo potitus est.
 Iure altero suam sibi aam patre suo
 Hæreditatem uendicat, uerum altero
 Hæcstion hunc, quia pius est, iustificat, &
 Per gratiam sibi cohæredem facit.
 Sath. Ergo ne Deus iniustus est, qui scælera tot

Et tanta

Et tanta non ulasatur? Fid. Plane ultus est
& grauius ipsa in filia, quem pro omnibus
Peccantibus acerbissima morti crucis
Contradidit, quo omnes qui in illum credunt,
Non occidant, sed uita in æuam gaudeant.
Hic credit, ergo iustus in fide sua
Te inuito in æuam cum deo uicturus est.
Sat. Victurus est? Non dixeris in ultima
Discussione iudicis, ubi singula
Et dicta, & acta, & cogitata exactius
Obtrusero. Fid. Ne gloriaris, nam pari
Quo nunc tua argumenta tunc refellero
Dilemmate. Sat. Hei, conatus est meus irritus.
Vah πῖς execranda, quantum obes mihi
Tua & πῖς, O si te potissim ulasā, & his
Te dentibus uelut hanc schedam discerpere.
Fid. Funeste abi, descende in atra tartara,
Nam mox Hecastus ad astra scandet luada.
Sat. Propulsus hinc, uidebo sine alijs queam
Imponere, ubi prototypo hoc reposuerim
Tuto in diem nouissimum. Iam mors adest,
Passura mecum mox repulsam (ut arbitror)
Non disparem. Nam sacrilegus hic è pixide
Sua (uti solet) ægro uitæ edulia porriget.
Aditumq; letho neutiquam lætum sinet.
Latebo in hac cauernula, quo conspiciet
Morti quid aduentus serat serotinus.

Actus quinti, Scena septima.

Trimetri.

Philomathes. Hieronymus.

Mors

Mortem imminere d: bili præfagio
 Ex pulsu, & atro lotio. Quid sacrificus
 Moratur, ut patri prius synaxin &
 Sacram unctionem porrigat? Sed ecum eum,
 Cum Acolyto bonæ spei adolescentulo.
 Hiero. Salve Philomathe. Philoma. saluus es. Hiero. Qui
 sese habet
 Pater æger? Anne spes aliqua salutis est?
 Philom. Nulla est, ut atrum hoc lotium, atq; languidus
 Arteriarum pulsus indicant. Subi
 Tectis æliter, ne probro nobis fiet,
 Si non sacris munitus hinc decesserit.
 Profecto enim Mors ipsa præsentissima est.
 Et horror illius mea artus concutit.
 Hiero. Sequere. Philom. Præi. —

Actus quinti, Scena octaua.

Trimetri.

Mors. Fides.

S — At distuliam tempus est,
 Ut spiculum in hunc Hecastum acutum torqueam.
 Cui hæctenus (quanquam Sathan ægerrime
 Tulit) data est dilatio. At iam sentiat
 Quàm rigida nostra imperia sunt. æquo pede has
 Durissimi pulsabo, ut ædeis pauperum.
 Hecaste Hecaste aperi fenestram. Mors adest.
 Fid. Quis pulsat improbe has foreis? Tu belua?
 Tu omnem familiam territas? Mor. Ego pulsito,
 Ego territo omnes pro mea libidine.
 Fid. Tyrannidis non iuris hæc præsumptio.

Mors.

Mor. Hoc iure dominor omnibus uiuentibus,
 Nedum hominibus, quorum modo hunc, modo alterum
 (Non aliter atq; pastor ouiculas suas)
 Deglutio. Fid. At qui istuc lupi, haud pastoris est.
 Sãoq; futurum, quod ruet regni tui
 Pars altera. Violenta nulla diutina
 Mor. Nunquam futurum suspicor. Sed alteram
 Quam tu mihi partem auferendam suggeris?
 Fid. Regni tui partes duas experti erant,
 Quosq; Adam pr. euariator seuerat,
 Vtrasq; diras atq; formidabiles.
 Gemina tyrannide, nempe mortem duplicem,
 Et corporum primam, & secundam spiritus.
 Præsents illam, & hanc futuri seculi.
 Mortem secundam filius dei abstulit,
 Dum seuiente te quidem in cruce mortuus,
 Viuusq; te in uita regressus ab inferis
 Mors tua fuit. Tum eternitatem sustulit
 Tue tyrannidis omnibus, qui partem habent
 In prima ζωσάσσει. Mor. Qua anastasi putas?
 Fid. Qua quemadmodum de te triumphans filius
 Per gloriam patris sui surrexit, ut
 Ita per fidem ipsi suscitati à mortuis
 Operibus, in nouitate uitæ obambulant.
 Hanc partem habens Hecastus hic, quanquam æger est,
 Minas tuas deridet & stimulos tuos.
 Mor. Deridet? at iam sentiet quàm temere ea
 Deriserit. Fid. Deridet, & satissime.
 Mortem quod hanc uitæ saat portam fore.
 Cupiens resolui ergastulo & Christo frui.
 Certo futurum præsciens corpusculum hoc,

Licet putrescat maxime nouissimo
 Tamen die resusatandum ad gloriam.
 Vbi tunc erit stimulus tuus? ubi tunc erit
 Victoria tua & arrogantia? An ne tunc,
 Qua nunc uidere in corpora hæc grassarier,
 Destructa erit regni tui pars altera?
 Non ne in tua uictoria absorbeberis?
 Ingredere nunc & omnibus neruis tuis
 Grassare in hunc. Non obfuisse uideberis,
 Sed profuisse plurimum, cui glorie &
 Vitæ perennis tramitem patefeceris.
 Mor. Videbo mox quid possiem. Quàm plurimos
 Video interim, qui magna de se iactitant,
 At postea quàm ad prælium peruenerint,
 Conterriti dilationes postulant.
 Fid. Qui audacia suisq; freti uiribus
 Tibi congregari uoluerit, talia perpeti
 Non ambigo. Veruntamen qui cum Fides
 Pugnauerit, tua non pauebit spicula.
 Mor. Tum? ergo congressura mecum in prælium?
 Fid. Congrediar, atq; cliens minas per me tuas
 Irriserit. Mor. Me obtundis his sermonibus.
 Si sic agatur inuocandus est Sathan.

Actus quinti, Scena nona.

Trimetri.

Hieronimus. Hecastus. Fides. Virtus.

A Udisti Hecaste quemadmodum pro te Fides
 Certauerit. munitus insuper es sacris
 Mysterijs. Caue expauescas hostium

Horum

Horum timorem eneruium, sed ab angelis
 Confide te carnis solutum uinulis
 Mox euehendum in alta refrigeria. He. Sic
 Fido domine. letusq; mortem aspexero,
 Tantoq; itineri alacriter me acinxero,
 Sciens me Iesum habere coram iudice
 Summo, & patronum & aduocatum strenuum.
 Sed te obsecro Fides mea & Virtus mea,
 Ne deseratis me ultimo in discrimine.
 Fid. Non deseram uel hinc euntem, uel patris
 Summi tribunal iudicis cum accesseris.
 Vir. Nec ego Fide suffulta modo te deseram.
 Hea. Euge, adsit huc cruenta Mors, & ut eximat
 Me ergastulo, sua uibret in me spicula.
 Fid. Præsentis sis animo, ipsa Mors nunc ingruit.

Actus quinti, Scena decima.

Trimetri.

Mors. Fides. Heaustus. Sathan.

Vbi est homo tanta tumens superbia,
 Ut audeat minas meas & spicula
 Animo uolenti interritoq; exâpere? Fid. Adest
 Nec est superbia hæc uel arrogantia,
 Sed in deum fidei bonæ constantia.
 En tibi hominem. Mor. Moriturus es. Hea. Et id expeto.
 Fid. Responde ei uocæ ut uales, nihil hæsitans.
 He. Nihil hæsito, sed languido uox defiat.
 Fid. Sic inquires. Perâ bestia si abunda Mors,
 Non timeo te aut ictus tuos. He. Non timeo te aut
 Ictus tuos. Fid. Nil metuo acutam aspidem.

He. Nil

He. Nil metuo acutam cuspidein. Mor. Nihil? He. Nihil.
 Mor. Quo fretus auxilio? He. Fide. Mor. Hei. Fid. Sed
 gaudeo

Nunc emori. He. Sed gaudeo nunc emori. Fid. Et
 Cū Christo in æuam uiuere. Mor. Hem tabesco iã. He. Et
 Cum Christo in æuam uiuere. Mor. Haud consto mihi.

Fid. Corpus meum licet modo imputrescat in
 Sterquilinio. He. Corpus meum licet modo
 Putrescat in sterquilinio. Fid. Credo die
 Nouissimo resuscitandum ad gloriam. He. Euge,

Ad gloriam. Fid. Quãpropter in manus tuas
 Domine Deus commendo spiritum meum.

He. Quãpropter in manus tuas domine Deus
 Commendo spiritum meum. Fid. Grassare nunc

Cruenta Mors, palle scat os, genæ cadant,
 Oculi hæreant, cutisq; lurida squalleat,

Singultiat status in anhelo pectore,
 Animamq; promptam ardente tandem spiculo,

Quo ictu uales, uitæ perenni separa,
 De te uelis nolis triumphat spiritus.

Mor. Morere caro. Fid. Euge, quietũ ad Abrahæ sinum
 Ab angelis deducta mens, nobis quoq;

Comitantibus sursum euolat. Mor. Fides Fides
 Malefida quã mihi et Sathanæ incommodas.

Confusa sum. Sath. Victi sumus. fugiamus hinc.

Actus quinti. Scena vndecima.

Trimetri.

Philoponus, Cognati, Amici,

Vxor cum familia.

E

Heu

Heu heu tribules flete Hecastum mortuum.
Cogna. Quid ais? Hecastus mortuus? Ami. Quid
clamitas?

Phi. Hecastus est mortuus, & huic saligno mox
Loculo inferendus est. Am. Hecastus mortuus?
Eheu mi Hecaste doleo quod te amisimus
Virum integrum, & in omnibus amicam strenuum.

Cog. Quis contineat à lachrymis, tanto viro
Tam nobili, tam diuite, & iuuenta florido
Suis adempto? Am. Et morte tam subitanea.
Vbi uxor est? ubi liberi? Phi. Mæroribus
Se macrant in aedibus miserrime.

Ecce simul familia tota proruit,
Suffusa lachrymis. ualcte. Cog. Proh dolor.
Tibi dent Dij cognata nostra Epiaria &
Gaatis tuis in his dolendis casibus

Latam uiasitudinem. Epi. Heu uiduata sum
Viro optimo infelix mulier. Heu me, uiro
Meo optimo uiduata sum. Am. Nos quoq; uiro
Fidissimo. Iam quiq; pullis uestibus
Studebimus operirier, quo post die ab
Hinc tertio digne exequamur funera.

Cog. Dignissime exequias uiro apparabimus,
Non aureo paræmus uni aut alteri
Atq; utinam eum queamus huc reducere
Mille aureis, & has redimere lachrymas.

Philoc. Dulcis mihi affectus patris lachrymas aiet.
Philom. Quid ni excitet: totus quidem uideor mihi
In lachrymas resoluiet. Epi. Proh proh dolor.
Quis det meis oculis perennes lachrymas,
Aut sempiterna flumina, ut cordis mei

Ter maximos queam dolores prodere? Anc. Heu,
 Te ploro Hecaste mortuum. Anc. Heu, quis non fleat
 Te amice Hecaste mortuum? quis non fleat?
 Epi. O amica lumina, labra blanda, amabiles
 Genæ, ut modo tenebricosa, pallida, squallida?
 Ut cuncta membra corporis flaccientia? Heu
 Dolor dolor, quin' ipsa pro te mortua?
 Sic separas charissimos amara Mors?

Actus quinti. Scena duodecima.

Trimetri.

Hieronymus.

Grex.

Quis planctus iste inordinatus mulier est?
 Quis liberi, & reliqui uiri, quis planctus hic?
 Id scire uos de dormientibus uolo,

Vos (inquo) quos Christiana roboret
 Merito fides, ut non perinde ac cæteri,
 Vitæ quibus spes nulla, contristemini.
 A mortuis si credimus quod filius
 Dei exâtatus est, per illum nos quoq;
 Præmortui de puluere exâtabimur.
 Quando quidem dominus Iesus in die
 Nouissimo descendet in tuba dei è
 Cælestibus, de in resurgent mortui.
 Nam tuba cænet cœlestis, & qui dormiunt
 Corpore resurgent integro. Nihil igitur
 Tristemini uestro de Hecasto sub fide
 Hac Christiana mortuo, sed hæc magis
 Letamini, quod absolutus corporis
 Molestijs, in pacæ Christi dormiat,

E 2

In re

In regeneratione reddendus quidem ad
Vitam, omnibus Christi in fide morientibus,
Ep Ergo ne uita residua est morientibus?
Hic. Residua, non iustis modo, sed & omnibus
Qui post perpetrata scelera redeunt ad Deum,
Per penitentiam. Lib. Ergo post furta & supra
Sperabimus uitam beatam cum dijs?
Hic. Sperabitis fide atq; penitentia.
Cog. Sperabimus ne & nos? Hic. Item sperabitis.
Am. Nos itidem? Hic. Idem. Neq; est acceptio
Personæ apud Deum, sed omni in gente, qui
Timet Deum & operatur ea quæ iusta sunt,
Acceptus est ei. Hinc simul respiciate,
Et corrigite quod in Deum peccastis, ut
Cum uenerit iudex die nouissimo,
Non ad necem, sed ad perennis gloriæ
Vitam resuscitari mereamini.
Ad quod nihil lachrymæ hæc ualent, nec luctus hic,
Nec pulla uestis, nec cucullus prominens,
Sed uitæ honestæ melior institutio.
Philom. Recte mones uir omnium pijsime
Linquamus omnem hunc apparatus splendidum,
Linquamus omnem luctum inanem & lachrymas,
Moresq; nostros corrigamus pristinos.
Si multo amœniora uitæ munia
Post hanc calamitatem morantur in fide,
Spe, & charitate mortuos, quid residuum est,
Nisi ut hunc diem cum patre agamus mortuo
Latissimum? non in abis & poculis
Grauioribus, natura quam poposcerit,
Nec tympanis & organis, sed maximas

Deo exhibendo gratias. Viro pio
 Congaudeamus intimis affectibus,
 Et absq; pompa inutili exequias pias
 Patri paremus mortuo. Gr. Optimè mones.
 Congratulemur mortuo, & domino Deo
 Dignas agamus gratias. Hic. Sic expedit
 Philoc. Assentior. Procede Dætre ex ædibus
 Tantisper huc, dum quod uolo ex te scisater.
 Procedat atq; Oeconomus huc. Oec. Oeconomus hic.
 Dæt. Et Dætrus hic, iam sciscitare quod uelis
 Breuiter, quod haud abesse licet opsonijs.
 Philoc. Quid? adhuc ne plenè cocta sunt opsonia?
 Dæt. Iam cocta sunt, uerubusq; detrahenda sunt.
 Iube ingredi cito quos uelis accumbere.
 Philoc. Iubebo. abi. fac singula expedita sunt.
 Dæt. Curabitur. Philoc. Tu Oeconome paululum foris
 Morabere, ut dicas uale spectantibus.
 Oeco. Curabitur. Philoc. Cognati & alij amiciuli,
 Quos mane pater ad uesperum conuiuium
 Vocauerat, nobiscum ad ipsum ingredimini.
 Ut quod gule paratum erat, sumamus hoc
 Frugaliter non absq; honesto gaudio.
 Gre. Sequimur. pr. e i. Oeconono. Vos qui aduolastis impi-
 gri ad
 Nostra hæc theatra tum uiri tum foeminae
 Adite nunc uestras domos sine remora.
 Nam Heæstus hic quem morte cæsum exhibuimus,
 Non ante tertium diem tumulandus est.
 Valet cuncti, & si placuimus Plaudite.

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.



DOMINI ARCHIVUM
UTRECHT

A 1990 263



TEM,

PVS,

DOMEIN-ARCHIEF
TE
UTRECHT.







